



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Qvid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quam in
specie, De Religione Societatis Jesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

Liber Secvndvs. De varietate religionum in specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)



LIBER SECUNDVS.

De varietate religionum in specie.

SRIA principia genera religiosorum ex praecedenti libro sumimus, monachorum, clericorum, & fratribus mendicantibus: quamus enim hi vulgari modo loquendi, sub nomine monachorum venire soleant, propriè tamen diversum gradum constituant, quasi medium inter duos prædictos, ut satis explicatum est, & communiter iussumonachales ordines fratres sumpti, soleant à mendicantibus distingui. Sub unoquoque ergo horum generum sunt variae species, de quibus omnibus exactè dicere, infinitum esset opus, & à meo instituto alienum: non possumus autem omnino eas prætermittere, ut distincta huius status cognitio habeatur. Dicam ergo de præcipuis speciebus singulorum generum, & in singulis quatuor punctis præcipua attingam. Primo institutionem & originem seu auctorem & approbationem religionis. Secundo finem eius proprium, & ab aliis religionibus distinctum. Tertio media, & obseruantias proprias, quibus ad suum finem consequendum vtitur, & ab aliis religionibus distinguitur. Quarto de effectibus, & de illustribus personis nonnihil attingam, vel potius quia hoc magis historicum est, quam doctrinale, authores apud quos inueniri poterunt, indicabo. Quia verò de religione Societas IE S V, propter quam maximè tractandam totum opus de religione aggressus fu, aliquanto fuisse scripti, ideo in sequentem tractatum eam doctrinam seposui.

CAPUT I.

Quae fuerit professio monachorum Orientis, eorum præcipue, qui sub regula Basilii militarunt.

I. Inter religiones monachorum prima omnium est se cœserit religio S. Basilij, de qua pauca dicemus, quia iam ferè non extant illius religionis professores in occidentali Ecclesia, & licet in orientali multe esse dicantur, qui regulam illam adhuc obseruat, nobis non constat an illa religio prout nunc est, sit approbata. Nam licet regula S. Basilij approbata in iure sit, iuxta cap. *perniciosum*. 17. quæst. 2. nobis tamè incertum est, que mutatio in illo vita generè facta sit in oriente: nam in Ecclesia occidentali Carmelitarum religio cœserit illam regulare prosteri, licet non omnes illius religionis professores id fateantur, tamen ita sit, tanta est facta mutatio in religione Carmelitarum prout nunc est, ab illa quam Basilius instituit, vt alia merito censerri debeat, vt c. 10. dicemus, de illa specialiter disputando, nunc enim nolumus sub religione S. Basilij illam comprehendere. Et ob eandem rationem nihil hoc loco dicemus de monachis antiquioribus Basilio, qui dicuntur fuisse imitatores Eliæ, eiisque in professione religiosa succellores, nam de illis & res est valde incerta, & commodius de illa dicemus eodem cap. 10.

Certum nihilominus est, ante Basilium fuisse in Oriente institutam monasticam professionem: nā de monachis Alexandrinis mentionem facit Eusebius lib. 2. cap. 16. & vt suprà reulti, multi censemus Effenos, de quibus Philo scripti in lib. de vita contemplativa fuisse Christianos monachos. Quod sensit etiam Hieronymus lib. de Scriptorib. Ecclesiast. In Marco, & in Philone, dicens, habitacula eorum appellasse monasteria, quod etiam sensit Epiphanius heresi 29. & eadem ratione dixit Cæsarius lib. 2. de Institutis. cap. 5. Egyptios monachos à S. Marco esse institutos. Quam sententiam latè & eruditè confirmat Cardinalis Baronius 1. tom. anno 64. fere per totum.

Quæ autem fuerit viuenti ratio in illis antiquis monachis ante Basiliū tempora, nobis in particula non constat, sed id solum quod generale est vita monachorum, tum quoad substantialia vihcula religiosi status, tum etiam quoad finem vita contemplativa, & consequenter quoad habitationem illi accommodatam, & à communi hominum confortio se iunctam, sub monachali habitu & professione, que omnia in superioribus visa sunt. An verò illi monachi vitam omnino solitariam, vel communem seu conobiticam agerent, non potest vniuersaliter definiri. Cerum autem est, utrumque vita genus ante Basiliū, & fortasse à principio nascentis Ecclesie obseruatum fuisse: nam de solitaria vita habemus exemplum Pauli, qui per centum annos ante Basiliū illam coluit. De cenobiticā autem constat etiam ex Athanasio, Antonium plura condidisse monasteria, in quibus plures discipulos congregauit, & monasticam vitam exercere docuit. Et ante illa tempora Dionysius ex monacho factus est Pontifex, vt Damasus, & Platinus referunt, & Baronius tom. 2. ann. 261. dicit vocari monachū, quia solitariam vitam aliquando egit. Cæsarius etiam collatione 18. cap. 5. & 6. existimat monasticam professionem paulo post tempora Apostolorum inchoatam, vsque ad Páulum & Antonium continuè durasse, & ex cenobitis anachoretas ortos fuisse. Vnde infert, hoc vita genus non casu, vel necessitate vitandi persecutionem ortum fuisse, vt iam eo tempore quidam dicebant, & nunc etiā heretici calumniātūr, sed studio perfectionis. Quam- Id est editio exculo Pámu. li. 6. Anto. quorū etiam iam.

uis enim Paulus (vt ipse ibidem fatetur, & Hieronymus in eius vita) ea occasione in Eremum secessit; tamen quidam ob eam rotannis in ea permanferit, & tam seuerè obseruauerit, fingi, & cogitari non potest. & de Antonio referit Athanasius, solum studio perfectionis vitam illam aggressum fuisse. Refert tamen modum conuersionis eius dicens, *Nec dum tam crebra erant monasteria in Aegypto, neque omnino quispiam autiam solitudinem novauerat* (Pauli enim seculum tunc ignorante videtur) *sed quicunque in Christi seruitute fibram ipsi prodeesse cupiebat, non longe à sua villa separasse institubatur. Erat igitur in egulo vicino senex quidam, rit. m. solitariam à prima letanti etate. Hunc Antonius cum vidisset, amulatu est ad bonum. Et primo quidem incipiens ipse in locis paululum à villa* Pállar. lib. 2. de monach. c. 5.

remotioribus manebat; ecclae autem, si quem in hoc studio vigilanter competerat, procedens quereret ut apud prudenter, nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi eius, quem cupiebat, fuerat aspectibus.

IV.
Quo se/su
solitaria vi
sa prae/pit
anti non pra
cepit pau
lum.

Ex qua narratione intelligimus, vitam solitariam, & cœnobiticam aliquo modo ante Paulum, & Antonium fuisse, & aliquo modo ab eis incepisse. Praesertim enim solitaria vita in locis parum ab oppidis remotis, ut constat de illo sene, quem imitatus est Antonius; ita incepit autem in Paulo quoad internam & longè separataem eremii solitudinem: & in hoc sensu dixit Hieronymus epist. 22. ad Eustochium, Paulum fuisse primum eremitan. Sic etiam non est inconueniens admittere, illam tam singularem separationem incepisse occasione fugienda persecutionem, quamvis institutum ipsum per se electum & intentum fuerit, & non sine speciali prouidentia Dei euénisse credendum sit, ut illud esset quasi singularē exemplū illius vītē, quod postea alij sine necessitate persecutionis imitati sunt. Nec tamen affirmare possumus nullo similes eremitas antea fuisse, sed solum nullam esse de illis antiquiorem historiam, vel narrationem. Quod autem vita etiam cœnobitica præcesserit Antonium indicatur ab Athanasio dum ait, non tam crebra fuisse monasteriorum enim dicit, omnino fuisse nulla, sicut loquitur de incolentibus auiam solitudinem sentit ergo fuisse aliqua cœnobia religiosorum. Nisi per monasteria intelligamus singulas religiosorum cellulas, etiam fuisseque esset quasi dominus ab aliis separata, vnum tantum habens habitatores; solet enim verbum monasterij in hoc sensu sumi, ut patet ex Philone lib. de vita contemp. & Nicephoro lib. 8. Histor. cap. 39. nam in rigore nihil aliud significat quam habitationem monachij; unde, sicut monachus ita appellatus est ex solitaria vita, ita monasterium solitarii habitaculum seu solitudinem significare potest, ut etiam Ambrofius Calepinus interpretatur. Unde etiam olim græcē dicebantur *as-teria*, id est, ascetarum habitacula: dicebantur autem *as-teria*, qui in solitudinibus, ad perfectionem exercabantur, & eorum mentio fit in actis sanctorum martyrum, ut videre licet in Baronio tom. 2. anno 361. §. Reddemus. Veruntamen, etiam fuisse admittamus, plura monasteria in hoc sensu appellari plura habitacula singulorum monachorum inter se loco seiuēta; nihilominus verisimilius est ordinarium, & magis vīstatum modum viuendi talium monachorum fuisse, ut omnes, qui prope aliquod oppidum habitabant, aliquam inter se unionem haberent, & vnum Prælatum recognoscerent, & Archimandrita olim dicebatur. Vide in I. Nos redentes. C. de Summ. Trinit. vocantur *Archimandrita sanctorum monasteriorum*: nam singuli Prælati censebantur sub se habere plura monasteria in declarata significatione: *mandra* enim græcē, *speluncam* significat, & monachi tunç, licet in desertis separati tanquam in speluncis habitaret, vnum habebant quasi Principem & Prælatum, & ita similiter solitariam & cœnobiticam vitam agebār, cuius vestigium nunc in ordine Carthusiano conspicimus, & expreſſius in celebri conuentu B. Virginis Montis Serrati, ordinis S. Benedicti, & aliis similibus.

Quoniam
cœnobitica
præcesserit
Antonium,

Hunc ergo statum videtur habuisse in Oriente institutio monastica usque ad tempora Antonij. Post Antonium vero mirabile incrementum accepit, ut ex Athanasio intelligimus in vita Antonij, qui etiam monachos secum habuisse commemorat, lib. de Fuga sua, circa finem. Item ex Hieronymo epist. 7. ad Lætam dicente, *De India, Pe fia, AE huius monachorum turbam quotidie suscipimus*, & ex Nicephoro lib. 11. Historia, cap. 34. vbi incipiens tractare de monachis illius etatis, & regionis, quos Ecclesiasticos Philosophos appellat, inquit, *Magnus enim tunç, & haud scio an alio*

istidem tempore unquam eorum prouentus fuit. Et significat ab Antonio originem duxisse, vt idem latius Habuit discipulos multos probatos admodum, & qui magnis vita institutione, sapientia studio, & virtutis rebus parvum in Palestina, Syria, & Arabia sum philosophati. Et idem late ostendit, & prosequitur Baronio tom. 2. ann. Domini 328. Vnde concludit, meritò posse Antonium magnum Patriarcham omnium monachorum appellari: post quem sequuti sunt Macharius, Iohannes Climacus, Hilarion, Pachomius, & similes de quibus multa leguntur in antiquis historiis, & persertum apud Palladium in historia Lætac. vbi de innumerabilis multitudine monachorum illius etatis c. 7. 9. 52 & 96. multa recenset. Videri etiam potest Hieronymus epist. 16. qui referat Athanasium aduexit in urbem nouam Pachomium, monasteriorumque ab illo institutorum disciplinam, quem etiam Angelo dictante, regulam monachorum exceptissimam refert Gennadius de Viris illustribus, ca. 7. habetur in fine primi Tomi opertim Hieronymi, & ipsa regula nunc habetur in fine operum Casianni. De regula autem, aut instituto viuendi, quod Antonius suis monachis tradidit, nihil speciale scriptū denuo reperio; præter generalia documenta, quae in eius autoritate leguntur: nec præter regulam Pachomij in statu aliam antiquorem Basilio. Nec etiam mihi constat quæ esset distinctio, aut varietas illo tempore inter monachos orientis, vel in vita instituto & moribus, vel in habitu, habitatione, regime, &c. præter ea que de tripli monachorum genere attingit Hieronymus epist. 22. ad Eustochium; quorum etiam meminist Casianus collat. 18. cap. 17. & S. Benedictus in principio sue Regula. Sed vt in lib. præced. cap. 2. num. 6. attigit) tertius ordo illorum monachorum potius videtur fuisse deficientia veritate & perfectione religionis, quam verorum monachorum. Alij vero duo ordines erant cœnobitarum, & Anachoretarum, de quibus iam dilute ruimus. In vtroque tamen istorum generalium statuum fuit sine dubio multiplex viuendi modus, ut ex Casianno, Climo, & historiis Ecclesiasticis in variis exemplis intelligimus, quamvis distincte non habeamus proprias singulorum regulas, vel viuendi rationem.

Igitur non multò post Antonium, id est, fere quadraginta annis, post illū successit Basilius priorum monachorum virtutes simulatus (vt ipse refert epist. 79) quorum tamen viuendi ratione ipse ad meliorem formam rediget; magisque religioni congruentem, ut de ipso Ecclesia legit: quod laudibus Basili: & inter eiusdem Basili opera exatit constitutiones, & regulae, & præclaras instituta vite monastice, quæ Hieron. de script. Ecclesiast. in Basilio Asceta vocavit. Non defuerit tamen qui etiam dubium reuocarunt, & cuidam Eustacio attribuerunt, quam esse summam stultitiam affirmat Baronio tom. 1. anno 361. & optimè confirmat ex epis. 63. & 79. eiusdem Basili: tum etiam in quibus p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. ad populum, & in tribus

V.
Post Anto
nium vita
monastica
mire capi
propagata.

Cap. II. Que fuit religionis S. Benedicti institutio, & progressus.

323

tribus libris aduersus viruperatores vita monastica. Omnia etiam quae Cassianus de vita monachorum orientis referit in lib. de institutis renunciantium, & quae scribit Palladius, quæque posteriores historie referunt, ad monachos sub regula Basili militantes præcipue referenda videntur. Denique ex regula Basili omnes alias religionum regulas originem duxisse tanguam riuos ex verberrimo fonte, pie senit Cardinalis Baronius tomo 4. anno Domini 363. non longe à fine. Specialiter vero illi attribui regula, quam ordo Carmelitarum profiteretur, quod infra cap. 10. expendimus: num potius suppono ex regula Basili nos nihil amplius habere, quæ ea quæ in eius operibus continentur, sub titulis regulari fuisse disputaturum, ac breviorum, & cōstitutionum monasticarum, præter quosdam sermones & epistolas, in quibus de eadem institutione monachorum differit. Ex quibus etiam circumfertur quoddam veluti compendium regularum Basilij à Rufino compositum, seu in Latinum trascritum.

VII.
Di fine huc
in religione
proprie fuit: nam his illius fuit diuinæ contemplationi vacare: & ideo separatam habitationem habere ab omnibus hominibus, qui communem viam mandatorum sequuntur, ut pater ex reg. 6. ex suis disputatis. Et quanuis in reg. 7. comparat solitariam vitam cum controbita, & hanc posteriori præferat, veramque tamen supponit debere ad contemplationem principaliter ordinari. Et quanuis actionem aliquam in monacho requirat, semper tandem orationem, & contemplationem, tāquam finem principalem ponit, ut pater in c. 2. const. monast. labore autem manuum ad corporis exercitationem, & congruentem hominis occupationem requirit, ut pater ex c. 5. earundem constitutionum.

VIII.
Dimidius
ac primus
de pauper-
tate, cœli-
Cobid.
Media autem, quæ ad illum finem proponit, in primis ea sunt, quæ ad substantiam statutus religiosi pertinet, ut sunt paupertas, obedientia, castitas sub uno Praelato, de quibus in prædictis regulis latè disputat, exhortationes potius, & generalia documenta, quām peculiare aliud & proprium illius instituti tradens, unde quoad paupertatem nō inuenio esse illis prohibitum aliiquid in communione habere, sed solium in particulari: hanc vero exactissimam requirit, adeò ut nec minimam elemosynam religiosi finis licentia facere permittat de communibus bonis, & cum licentia, non sine magna circumspectione, ut pater reg. 87. 91. 100. & 101. & 302. ex brevioribus. In castitate etiā & obedientia maximam obseruantiam postulat: & hac vota pacatum, & promissionem appellat, quæ violari aut resciendi non potest in constitutis monast. cap. 22. & 34.

Quod alia vero specialia media requirit imprimis peculiarem pauperem, & simplicem habitum, ut pater in reg. 22. ex fusoribus; non tamen declarat cuius coloris aut figuræ ab ipso fuerit institutus. Quoad habitationem, præter separationem contentus, ordinariam clausuram requirit, & ferè nullam cum secularibus hominibus conuersationem permittit, ut pater ex cap. 6. 7. & 8. constitutionum. Non inuenio tamen de modo seruandi silentium aliquid speciale ab eo statutum, præterea quæ sepe docet de moderatione circa loquitionem seruandam, ut cap. 12. & 13. const. Similiter de ratione viatis non inuenio in regulis Basili viatum carnium fuisse prohibitum, sed tantum commendari ut simplex, commune, & moderatum alimentum sit, & vniuersaliter necessitatibus accommodatum, ut pater ex reg. 19. & 20. ex fusoribus: vnde etiam nulla certa ieiunia præcipit, sed ferè hoc totum Antistitius

arbitrio relinquit. De choro etiam vel cantū non inuenio ab eo esse factam mentionem, vel horarum distributionem, sed tantum orationem tum mentalem, tum etiam vocalem sēpius ab ipso esse commendatam simul cum diuinis laudibus & praesentia Dei, ut patet ex cap. 2. & 3. const. & ex regula 5. 27. & aliis tam ex fusoribus, quām ex brevioribus, præsertim 218. & 306. Denique idem dicendum est de aliis austerioribus corporis seu actionibus poenitentia: quanvis enim fatis eam commendat & exaggerat, non tamē ad particularia prescribenda descendit. Simili etiam modo loquitur de corporali labore seu exercitatione: specialiter vero prohibet monachos, ne clericatum appetant, inc. 10. const. & supponere videatur monachos à sc̄i institutis ordinari & ex vi professionis siue non suffice clericos, quanvis ad illum statum ascendere non repugnaret. Atque haec sunt quæ de origine, & modo, ac perfectione illius statutis in particulari dicere possumus: quām vero fuerit utilis Ecclesia Dei, & quot sancti, ac perfecti viri inde manauerint, ex his, quæ ex Chrysostomo, & Cassiano superius attulimus, intelligi potest. Quibus addi possunt quæ de SS. Ephrem, Hesychio, & aliis serè eiusdem temporis leguntur apud Euagrium, Rufinum, & alios: nā post illa tempora nullam ferè lucem de orientis monachis habemus.

C A P V T II.

Que fuit religionis S. Benedicti institutio, & progressus.

DE vita monastica quando primum ceperit in occidente, non omnino certum est: significat autem Ambrosius ab Eusebio Vercelleni. Episcopo Deinuio. monachus in occidente in quid indices ambrosius. primum fuisse monachatum ex oriente in occidente adductum. Indicat tamen non fuisse ab illo institutum aliquam religionem monasticam, de qua nunc loquimur: sed statutum religiosum clericatum adiunxit. Sic enim ait serm. 15. qui est de laudibus eius, Ut ceterataceam, illud quam admirabile est, quod in hac sancta Ecclesia eostem monachos instituit esse, quos clericos, atque isdem penitentibus sacerdotibus offici consenserunt, quibus & singulari coelestia conferuntur, ut esset in istis viris contemptus rerum, & accuratio Letitia um, ut si videret monasterii letulos, infar orientalis propositi iudicares: si devotiones clerici perspiceres, angelici ordinis obseruatione gauderes. Et lib. 5. epistol. 25. Quid si in aliis Ecclesiis (inquit) tanta suspectis ordinandi sacerdotiis consideratur, quanta cura exertitur in Vercelleni Ecclesia, ubi duo parter videnter exigit ab Episcopo monasterii continentia, & disciplina Ecclesia. Hac enī primus in occidente partibus diversa inter se Eusebius sancta memoria coniunxit, ut & in cunctate paustis instituta monachorum teneat, & Ecclesiam regret itinēs sobriitate.

Quæ verba, ut dixi, intelligi possunt, quia & ipse met Eusebius in persona sua austoritatem monachorum obseruare corpit, & clericos suos iuxta eam instituerat. Et forte nō denou adiunxit religiosum statutum clericatum: ostendimus enim ab initio Ecclesie ab Apostolis, & eius discipulis fuisse obseruatū: & verisimile est etiam in partibus occidentis, & maxime in Ecclesia Romana eum morem fuisse ante introductionem, ut ex epist. 5. Clementis, & ex aliis colliguntur. Austoritatem ergo monachalem illi statui adiungere potuit: vel certè propriā monachorum monasteria instituit, ex quibus postea clericos crearet: & ideo dicitur monachatum clericatum cōiunctissimum. Nam de D. Martino ferè illi æquali refert Sulpitius, dialogo 1. cap. 7. factum Episcopum extra ciuitatem duobus ferè millibus monasterium sibi statuisse. Quod sic describit, Iste ex lignis contrectam cellulara

Lib. II. De variate religione in specie.

324
cellum habebat, multique ex fratribus in eundem modum pluri ex falso supericti moniti cauato, receptaculo sibi feceran. Discipuli vero octoginta erant, quae ad exemplum beatissimorum fratrum habebantur: nemo ibi quicquam proprium habebat, omnia in medium confabebantur, non emere, aut vendere (ut plerique et monachus hic moris est) cuiquam licet. Ars scribendi scriptoribus nulla habebatur: cui ramenoperi miseroratus deputabatur: maiores oratione vacabant. & subdit inferius, plurimi post Episcopos vidimus: qua enim efficiuntur, aut Ecclesia, qua non sibi de monasterio M. et non capite successerunt? Videlicet ergo illud fuisse proprium monachorum institutum in fine quidem contemplationis, & in modo habitacionis, & vita austera orientalibus simile: in genere autem actionum, & labore manuum aliquantulum diuersum. Cuius ratio fortasse fuit, quia ad creandos inde clericos & Episcopos a Martino ordinabantur. Sed & ante Episcopatum legimus Martinum Mediolani monasterium monachorum erexit, apud Sulphitum supra cap. 4. & cap. 5. refert condidisse aliud iuxta oppidum: quod non explicat quale fuerit, videtur autem loqui de ciuitate Pictaviensis, ubi Hilarius Episcopus erat, quem ipse prosequitur fuerat Augustinus etiam s. lib. Confessionum ca. 6. refert suo tempore fuisse monasterium M. diol. in plenum boni fratribus extra urbem monachorum sub Ambroso curatore. Et lib. i. de monibus Ecclesiæ, cap. 31. loquens de multitudo monachorum, tam in vita solitaria, quam in coenobita degentium, dicit, per totum orbem in dies magisque diffundi, & in oriente maximè, atque Aegypto: significans iam tum fuisse in occidente difusam, quamvis fortasse non æqualiter. Et cap. 33. Vid: (inquit) dixerimus factorum Mediolani, non paucorum hominum, quibus vnu Presbyter praeter, vnu optimus, & doctissimus. & addit. Plures etiam Romæ cognouit, &c. Quod autem illa Romana monasteria non multo antea incepissent, sed tempore Athanasii, & occasione aduentus eius in Urbem, ex Hieronymo colligitur epist. 16. ad Principiam, dicente, Nulla eo tempore nobilium femininarum nosterat Roma proutum monachorum, neque audibat propriez remonstratum ignominiosum, ut incepit ab Alexandro prius fuerit. Papaque athanasio, & postea Petro, qui per persecutionem Ariane hereticos declinavisti, ad tuum communione superiorum Romanum congregari, vltam B. Antonij adhuc tunc viuentem monasteriorum que in Thebaide, Pa. homini, & virginum, ac viduarum dedit disciplinam.

III. Vnde constat, eodem ferè tempore, quo in oriente per Antonium monachorum vita in ordinem redigi coepit, in Occidente per Athanasium induitam esse, & ab urbe tamquam à capite facilè ad alias occidentis regiones dimanasse: quamvis non defuerint heretici, qui monachorum nomen statim infestari cœperint, ut Augustinus commemorat in Psalmum 132. Postea verò ipse Augustinus monachatum in Africam inuexit, de quo diceamus cap. 8. commodiū, tractando de eremitis mendicantibus. De illa ergo arate usque ad D. Benedictum nihil certius, vel specialius de monachibus religionibus, seu institutis in occidente dicere possumus.

IV. Post hæc verò tempora D. Benedictus anno Domini 500. vel circiter, suam religionem sub propria regula instituit, prius enim ipse sanctæ conuersationis habitum, ut Gregorius ait, id est, monachalem, à Romano monacho accepit, qui Romanus sub Theodati Patis regula degebat, referente eodem Gregorio lib. 2. Dialog. cap. 1. Benedictus autem non videtur in eo monasterio, vel sub ea regula aliquando vixisse: quia neque à Theodato receptus est, neque illi fuit cognitus, sed statim in Sublacum secessit, ubi in speluncâ diu delituit, solo Romano sciente, & cibum occulte ministrante. Post paucos

verò annos congregare discipulos coepit, & in monte Caisinæ principale sui ordinis cenobium fundauit, & plura monasteria in Italia construxit, primaque regulam edidit, quæ inter approbatas ab Ecclesia refertur in c. pern. ciosum. 17. quæst. 2. Et eam laudat Gregorius Papa lib. 2. Dialogorum in fine, & a monumentis eiusdem ordinis refertur specialis approbatio eiusdem Gregorij Papa, & alia Zacharia I. & quando illæ deessent, generali traditione, & acceptatione toti Pontificum, & totius Ecclesie factis approbata esset.

Constat igitur in primis religionem à Benedicto institutam; proprie & perfecte monachalem esse, nam fuisse illius solum est propria perfectio ad diuinam contemplationem, & laudem ordinata, & comparanda per media vitæ monastice propria, ut ex discursu eiusdem regulæ regula constat. In qua illa, que pertinent ad diuinum & canonicum officium, & Psalmodiam, expressius & distinctius tradita inueniuntur, quam in aliis regulis religionum ab Ecclesia approbatis: simul tamen in eadem regula artificia, leu opera & labores monachorum commendantur, nam in ea supponitur, statum illum non fuisse per se institutum ad clericorum ministeria, sed ad vitam purè monasticam, prout ante Benedictum in usu erat. Quocirca quantum ad finem & substatiam religionis spectat, non videtur fuisse diuersum Benedicti institutum ab antiquis institutis monachorum, quamvis fortasse in habitu fuisse diuersum, & ad certam regulam redactum. Ante enim non videntur monasteria omnia, præterim in Occidente, aliquam vnam regulam obseruasse, sed vnumquidem veliuxa receptas consuetudines, vel iuxta Abbatis, & Episcopi arbitrium gubernabatur. Post Benedictum verò monasteria omnia vel ab ipso viuente adificata (que multa fuerunt, ut ex Gregorio colligitur lib. 2. Dialog. nam prius quam Sublacum relinqueret, duodecim monasteria funduit) vel ab ipsis discipulis Mauro, Placido, & alii, in Sicilia, Gallia, & alii provinciis ercta eadem regulam, & religionis unitatem seruavit.

Hic verò interrogare potest aliquis, an post Benedicti institutionem non solum monasteria omnia, quæ ab ipso duxerunt originem, sed etiam reliqua omnia monachorum domicilia, quæ ab aliis monachorum parentibus velante Benedictum, vel alio tempore in occidente, & præsterim in Italia denuo adificata erat. Benedicti institutionem suscepimus, & ad eius regulam sese accommodauerint. Quod tamen fuerint, præter ea quæ in principio capit. 1. diximus, constat ex Gregorio lib. 1. Dialogorum: nam in c. 1. refert, Honoratum virum sanctissimum in Samnij partibus, in loco, qui Fundis dicitur, monasterium construxisse, & ferme ducentorum monachorum patrō excitisse, de quo etiam Honoratus refert nullius fuisse regulum, sed à Spiritu sancto edocitum. Et c. 2. commemorat Libertinum euilem Honorati discipulum tempore Totila Regis Gothorum, eiusdem Fundensis monasterij propositi, unde colligitur Honoratus vel aqualem Benedictum, vel paulò ante tempora Benedicti fuisse, nam exhibet. 2. c. 4. Dialogorum constat, Benedictum tempore Totila vixisse, eique mortem prædictissime. Simile est quod de S. Equirio refert idem Gregorius dicto lib. 1. c. 4. multorum monasteriorum patre in proximâ Valeria extitisse: quem tamen vel aequaliter, vel seniorum Benedicto fuisse, ex fine eiusdem capit. 1. refert, ubi de eius vita inquit, Hanc Albinu Reina anistes Ecclesia cognouis, & adhuc superflui multi; qui sunt posterum. Et inferius ait, quo tempore Longobardii proximam Valeria vexare coeperunt, Equitum iam defunctum fuisse.

Duo tempore
re versimili
caperit reli-
gio S. Bene-
dicti.

Cap. II. Quae fuerit religionis S. Benedicti institutio, & progressus.

VII. Hoc igitur posito, inquirimus, an post Benedicti institutionem manerit inter monachos veluti religionum distinctio, vel omnes cooperunt sub Benedicti regula militare. In quo in antiquis historiis nihil certum inuenio: tamen quid Anton. in 2. p. Historiali tit. 15. c. 14. sic scriptum reperio: *post Benedictum omnes monachi occidentia militari sub regula B. Benedicti, & ipsum habent in patrem, exceptu Carthaginiensib. Similia ferè habet in 3. p. Theologali tit. 16. c. 1. §. 7. Vnde verisimile mihi fit, vel statim, vel paulò post institutam & diuulgatam regulam Benedicti, omnes occidentis monachos ad illam se conformasse, quia nullum aliud initium inuenitur huius conformitatis; ergo sicut de antiquitate traditionum, quarum principium ignoratur, argumentari solemus, reuocandas esse vique ad initium Ecclesia: ita hic cum proportione colligimus, vniuersalem tunc ritum monachorum statim ab initio religionis S. Benedicti incepisse. Quod etiam possumus alii conjecturam confirmare. Prima, quia monachi antea non videntur habuisse certam aliquam regulam in Europa (vt omittam regulam Basilij in oriente, & Augustini in Africa) nec ferè vnitatem religionis inter diuersa monasteria, sed unumquodque iuxta suas consuetudines, & propria statuta, vel forte iuxta prudentiam sui Abbatis gubernabantur. Benedictus autem & propriam regulam instituit, & varia monasteria in Italia, & extra illam per se, & per suos discipulos Placidum, & Maurum sub viuis religionis concordia fundavit ergo facile fieri potuit, vt alia monasteria eandem regulam reciperent, cum nullam haberent. Secundum indicum est, quia omnia iura, que post illa, & prope illa tempora, qualia fuerunt circa etatem D. Gregorij, de solis monachis S. Benedicti, vel qui ab eo duxerunt originem, loquuntur. Tertiò (quod præcipue me mouet) inuenio antiquam approbationem D. Gregorij dicentes, se conformasse regulam S. Benedicti in sancto Concilio. & subdit, *Ei obseruari præcipi ab omnibus qui seculo renunciare, & ad Deum conueneri voluerint, in omnibus regimur sed prouincia Ecclesia Latina.* Quartò nullum vestigium alterius monachatus in Europa inchoati (vt Augustinianis, & Carmelitanam familiam nunc omittam) ad nos peruenit, præter religionem S. Benedicti, vel alterius qui ab illa originem ducat, aut certè propriam & notam aliam originem multa post tempore habuerit, vt de Carthusianis infra cap. 4. dicemus: ergo verisimile fit, omnia alia conobia monachorum, quæ per Itiam, & alias Europæ partes erant ante Benedictum, eius regulam, & professionem assumptam, nam si postea durarent, in ea professione inuenirentur. Quod si sub regula Augustini aliqui permanerent, vel erant Canonici regulares, vel potius sub nomine eremitarum, quām monachorum viuebant, & magis in Africa, quām in Europe multo tempore durarunt: Sicut Carmelitarum ordo si tunc iam sub monachali professione exstabat, in oriente potius, quam in occidente vigebat, vt postea videbimus in c. 10.*

VIII. Atque hinc possumus obiter expedire dubium quod circa receptam opinionem & historiam de monachatu S. Gregorij, eruditè excitatuit Cesar Baronius in tom. 7. anno 53. circa finem. Communis enim opinio fert, Gregorium Magnum ordinis S. Benedicti professorem fuisse. Hoc autem difficile credito videtur, quia Gregorius post functionem Vrbane prefecturæ, & post edificatione sex monasteria in Sicilia, monasterium quoddam S. Andreae Romæ fundavit, & in eo monasticum habitum assumpit: non videtur autem constituisse illud monasterium sub instituto S. Benedicti: ergo neque ipse illa professus est. Maior ex historiis, & vita Gregorij, & ex eodem Gregorio lib. 1. epist. 1. & in præfatione Moralium, & ex aliis locis vt certa supponitur. Minor Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

videtur colligi ex eodem Gregorio lib. 1. Dialog. cap. 4. iuncto cap. 20. lib. 4. vbi sic inquit, *Vita venerabilis Valentinus, qui post in hac Romana urbe mihi, sicut nescio, meoque monasterio prefuit, prius in Valeria prouincia suum monasterium rexistit.* Ex quibus verbis intelligimus, Gregorium hunc Valentimum vocasse, eique monasterium suum & seipsum subiecisse: ergo quam regulam & religionem Valentinus profitebatur, eandem Gregorius professus est. At Valentinus non videtur fusile discipulus S. Benedicti, sed S. Equitij, de quo supra ex eodem Gregorio commemorauimus fusile institutorem monasteriorū in prouincia Valeria, vel antiquorem Benedicto, vel certe non iuniorem, neque ab eius institutione descendenter: ergo nec Gregorius fuit instituti Benedicti professor. Neque enim primum institutum mutauit, imò neque alium Abbatem inquam habuisse creditur, preter illum primum in cuius manus profetus est: nam vix biennium in monachū explexerat, cum Diaconus Cardinalis factus est. Porrò Valentimum non Benedicti, sed Equitij professorem fusile, patet in primis ex illis verbis, prius in Valeria prouincia suum monasterium rexistit. Dicit autem Gregorius in priori loco de eodem Equitio, *In Valeria prouincia patribus magna admiratione habebatur.* & infra, *Qui nimur Equitius pro sua magni udine sanctitatem multorum in eadem prouincia monasteriorum pater extitit.* Et infra circa finem cap. Silere (inquit) vñ debeo quod de hoc viro (id est, de Equitio) *Abbate quondam meo reverendissimo Valentino narrantes agnoscit, &c.* Vnde satis constat eundem esse Valentimum vel Valentum Abbatem suum, de quo vtrobique loquitur, eumque fusile ex illis monachis, qui in Valeria instituebantur, & fusile discipulum Equitij; cuius iam defuncti miracula Gregorio narrabat, & successorem eius in aliquo ex illis monasteriis Valeriae quorum pater Equitius fuerat. Potestque hac dubitatio conjecturis confirmari, quia D. Gregorius, quamvis toto lib. 2. Dialog. & saepe alias de Benedicto sermonem habeat, nunquam indicat se fusile sive religionis alumnū, neque patrem suum illum vocat, sicut de Valentino loquitur. Similiter agens de doctrina eius lib. 2. Dialog. c. 36. solum dicit, *Doctrina quoque verbo non modicriter fusit: nam scriptis monachorum regulam, discretione precipiat, sermone luculentiam.* quod verò illam ipse professus fuerit, non indicat. Imò etiam in approbatione superius citata solum dicit, se legisse regulam illā, laudasse, & confirmasse, non verò feruasse, aut professum esse.

Nihilominus tamen iuxta superiori resolutiōnem num. 7. positam facile explicare possumus communem seu receptam opinionem. Fato enim ex historiis Ecclesiasticis non satis colligi Gregorium fuisse S. Benedicti monachum, nec Ioannem Diaconum in vita eius & nec Gregorium Turonensem lib. 10. de Historia Francorum, c. 1. nec Platinam aliud affirmare; quam Gregorium adificasse monasterium, & in eo monachum fuisse. Verisimile etiam est Abbatem, quem primum præfecit suo monasterio, fusile ex prouincia Valeria: quia ex discursu facta valde probabilitate colligitur illum primum Abbatem fuisse Valentum. Vnde etiam verisimile est illum Valentum ab Equitio, & non à Benedicto institutione habuisse. Multa verò alia, ex quibus hac conjectura pendet, incerta remanent. Primum quam regulam seruaret Valentinus in suo monasterio Valeria: Fieri enim potuit, vt licet Equitij discipulus fuisse, & ei in monasterio successisset, crescente fama Benedicti, (qui fine dubio fuit vel aequalis, vel fere eiusdem temporis cum Equitio) illiusque regula diuulgata, eam in suo monasterio receperit, iuxta conjecturam superius factam. Deinde incertum est, an Gregorius aduocauerit

Ee primos

IX.

primos monachos ex prouincia Valeria, vel ex domiciliis S. Benedicti. hoc enim posterius fit verisimile tum ex propinquitate locorum; tum ex maiori notitia, & conuersatione quæ esse poterat cū monachis illius religionis. Nec huic obstat, quod Prælatus ex remota prouincia Valeria adductus fuerit, quia fieri potuit vt sanctitate, & munere regendi fuisset ceteris illiſtori, & per notitiam & famam cognitus. nam alibi legimus apud eundem Gregorium Pontificem, aliquando præcepisse homini seculari Probo, vt sui monasterij Abbas fieret li. 9. epist. ep. 12. Tertiò est incertum, sub qua regulâ voluerit Gregorius à principio fundacionis sui monasterij, eius monachos vivere: estq; verisimile ipsum Benedicti regulam elegisse, quia semper maximè approbavit, & laudauit illam, vt cōstat ex citata bullâ, & citato loco Dialogorum. Quod si quis dicat, Gregorium non approbassem illam regulam, nec præcepisse ut ab omnibus monachis Ecclesiæ Latina recipere, nisi postquam fuit Summus Pontifex. Respondeamus hoc esse verum de approbatione authentica, tamen cum Gregorius ante monachatum suum vir effet & doctus, & prudentissimus, ignorare non potuit regulam D. Benedicti, quæ illo iam tempore erat celeberrima, præseruit in Italâ partib. Item q; cum magno confilio & desiderio perfectionis rā de suo monasterio ergendo, quam de sua conuersione deliberaret, vt ex ipso ficeret Gregorius constat in prefatione Moralium, per se fit statim credibile regula Benedicti pro se, & pro suo monasterio elegisse. Hoc ergo modo nihil repugnat Valentinum Abbatem S. Gregorij fusse discipulū & successorem S. EQUITIJ, & nihilominus Gregorium fusse in professione & regula discipulū S. Benedicti. Cuius etiam magnū argumentum est, quod multa decreta sunt ab ipso edita in fauorem monachorum, quæ habentur 16. q. 1. & sequentib. præserunt 18. q. 2. quanquam in eis nulla sit specifica mentio religionis S. Benedicti.

X.
Quomodo
verificetur
ut uires in-
signis fusse
monachos
Benedictinos
in hoc fundari existimo, quod omnia, que in historiis referuntur de sanctitate, dignitate, aut qualibet alia singulari excellentia alicuius monachi, qui post Benedictum vixit in occidente usque ad ea tēpora, in quibus constat religiones monachorum fusse multiplicatas: omnia (inquam) attribuuntur religioni S. Benedicti, etiam si historiographi nō semper in speciali referant illam religionem, sed monachū. Quod merito fit iuxta coniecturam à nobis factam, & fortasse fine illa difficile erit illa omnia fundare, aut vera inuenire. Imò, quia, vt statim dicemus, Cisterciensium religio, & alia Benedictum habent parentem, ideo illustres personæ illarum religionum solent etiam Benedictinæ attribui. Et hinc oritur varietas, nam in interdum legimus fusse 18. Pontifices Benedictini ordinis, interdum 24. & alia similes: quæ in concordiam rediguntur dicta animaduersione. Nā interdum est fermo de religione S. Benedicti præcisè, vt à suis filiab. distinguatur, interdum ut illas complectitur. In hoc vero fortasse per incooperationem excelsus Trithemius, quid sua religioni attribuit Episcopos, Abbates, vel sanctos aliquos, aut Benedicti antiquiores, aut non ad occidentales, sed ad orientales monachos pertinētes, vt notauit Baron. 6. to. anno Domini 49. sub finem.

XI.
Iura qua
contingentia
liquam ob-

Tertiò ex dicto principio in nullo 7. ortum est, vt decreta antiqua, quæ de monachis aliquas leges statuant, præcipue ad Benedictinos monachos dirigantur, vt patet ex c. cum ad monasterium, & c. in singu-

la, & c. ea qua de statu monach. & Clem. Ne*in agn*
cod. tit. quæ de monachis nigris speciale mentio *præcepti*
nem faciunt, quæ appellatio solis Benedictinis *monachis* *con-*
uenit. Circa quæ iura due morales questiones o*ne* *en*
riuntur. Prima est, an illa omnia, quæ in illis iuribus *re* *en*
specialiter statuantur, obligent in conscientia, & ad malum *re* *en*
peccati mortale pro materia qualitate. Quod du*h* *en*
municandis singulis mēsibus tractauit in 4. t. 3. p. dif. *re*
36. sect. 5. & in summa dixi non addere maiorē obli-
gationem, quæ regula ipsa religiosa, iuxta suam *re* *en*
institutionem afferat: qui verba canonum nō plus *re* *en*
indicant. Quod idem consequenter cense esse di-
cendum de præcepto abstinenti à carnis, feruadi
silentium, & aliis similibus, quæ se erant à mona-
chis obseruanda ratione regule, & in quibus nec
gravior pena, nec aliquid specialius in iure addi-
tur, quo major obligatio significetur. Quod in par-
ticulari de prohibitione abstinenti à carnis docuit Sylvest. ver. R. ligo. 7. q. 14. & sumitur ex doctrina D. Thome 2. 2. q. 185. a. 8. & 186. art. 9. & quodlib.
1. art. 20. cum tamen transgressorii huius præcepi
grauis imponatur pena in c. carnis. de confer. d. s.
Sex mensium spatio (dicitur) etre fons, & penitentia ob-
sacabit. Explicat autem D. Thomas, illud intellegendū esse, quando contra expressum præceptū Su-
perioris cum inobedientia, vel contemptu mona-
chus carnes comedat. Itaque quando statuta regula
in decreto aliquo iuris quali renovata imminuitur,
si non addatur noua censura, graue peccatum sup-
ponens, vel aliquod aliud signum seu verbum nouā
obligationem indicans, non videatur deno addi,
sed solum instaurari, & ad suum pristinum statum
restitui, quia fortasse per non vnum, vel per absum
prætermissa erant. Aliquando vero imponuntur
monachis in iure speciali præcepta ubi graui obli-
gatione, quæ iuxta generales regulas de legibus di-
gnosticata est: & de illis nonnulla articulus tracta-
precéd. agendo de habitu, & de clausura, & de regu-
la religiorum, præteralia, quæ diximus alibi tra-
stantio de censuris.

Secundum dubium est, an ea, quæ statuantur in
iure de monachis S. Benedicti, ad ceteros mona-
chos extendenda sint. Quod in specie tractari solitum
de præcepto confitendi singulis mensibus, recipien-
tibus de Euchariastia prima Dominica mensis. Quidam
enim existimant huiusmodi leges extendendas esse
propter similitudinem rationis, quod sentit Glosa
in dict. Clement. quam Abbas ibi, & alii sequuntur.
Oppositum vero docuit Stephanus, quem Glosa
refert: & in materia de excommunicatione idem
ego censui, quoad censuras latas in dict. Clem. Ni
agro. Vnde duobus modis potest dici lex aliqua Ec-
clesiastica lata pro solis monachis S. Benedicti. Pri-
mo, quia verba legis expresse & in particulari ad monachos illius religionis limitantur, vt in dicta Clement. Et tunc censeo legem ex vi dispositionis
sua non obligare alios monachos: quia non exten-
ditur ultra verba sua. Dico autem, ex vi dispositio-
ni sua: nam aliunde ex parte materia poterit extendi
vt si ex lege ipsa constet non confideral se velu
specificam differentiam illius religionis, fed gene-
rale rationem, & necessitatem monachalis statutus;
tunc enim materiale esse videatur quod tales
monachos proprio nomine appellent. Alio vero mo-
do potest dici lex lata pro solis monachis S. Ben-
dicti, quia eo tēpore lata est, quo non erat alia religio
monachorum, vel in quo omnia illorum mona-
steria sub regula S. Benedicti militabant, quamvis
verba canonis indifferenta sint, solumque de mo-
nachis mentionem faciant. Et tunc ex vi dispositio-
nis legis obligatio extenditur ad omnes mona-
chos, etiam si postea aliqui exorti sint: quia haec est
natura perpetua legis, vt ad omnes extenderetur, qui
polita

postea nascentur, si sub verbis & tenore legis comprehenduntur, ut suprā etiam diximus de legibus, que de religiosis sub hac voce, vel sub nomine regularium aliquid statuant. Nihilominus verò tunc è conuerso considerandum est, an ex materia, vel ex actis circumstatiis intelligatur dispositio legis magis esse restricta, vt si funderetur in speciali regula, vel professione S. Benedicti, aut quid simile: tunc enim indifferentia vocis, monachi, ex circumstantiis determinanda est. Et hac sufficit attigitur in particuliari de hac religione, pro ratione instituti à nobis propositi.

C A P V T . III.

Quare religiones monachorum ex Benedictina ortae sint, & an sint ab illa distincta?

Post institutionem religionis S. Benedicti multo tempore sine noua institutione monastici ordinis, & consequenter, vt credimus, totus occidentalis monachismus Benedictini ordinis erat. Postea verò post annum Domini 900. quia fortasse obseruantia illius religionis relaxata fuerat, occasione reformandi illam cœpit illa religio multiplicari, vel alias ex se producere.

I. Quarum prima esse censetur ordo Cluniacensis, quæ circa annum Domini 913. cœpisse dicitur, institutore Odone Cluniacensi Abate, quamvis a lij hoc tribuant Bernoni, vt primo Abbatii, & fundatori illius monasterij, iuxta Sigibertum in Chro-nico. Et alij præterea addunt opera Eutychij, seu Eutychij eiusdem monasterij monachi valde religiosi, & in Parrum regulis & institutionibus valde erudi-ti, ex quibus (vt Antoninus refert) diuersas con-fuetudines sumptuose, & vno volume colligauit: & ideo fuisse dicitur institutor confuetudinum, que in monasteriis seruabantur; & specialiter de illo monasterio à Bernone construō ait Antoninus, In coferuantiis instituta Patri Eutychi, 2. p. Historiali tit. 15. c. 16. vbi propterea Scholia festa adiungit, Odonē fuisse potius propagatorem Cluniacensis ordinis, quam institutorem: sicut de Bernardo dici solet circa ordinem Cisterciensem, vt infra num. 3. notabimur. Idem tamen Bernardus in Apologia ad Hugonem Abbatem, enumerans primos parentes, de quibus Cluniacenses gloriantur, primo loco ponit Odonem, nulla facta mentione Bernonis; neque Eutychij. Quocirca existimo, Bernonem quidem fundasse Cluniace illud speciale monasterium sub regula & ordinaria institutione S. Benedicti: discursu vero temporis opera & consilio Eutychij addi-ctissime obseruantias aliquas, & reformationem, que suo tempore duravit sub eadem religione S. Benedicti. Postea verò Odo, qui immediate succedit in Abbatia Bernoni, reformationem ampliauit, & tantam mutationem fecit, vt distincta religio inchoata fuerit, vt communiter ab authoribus iudicatur.

Quæ autem fuerit hæc distinctione, & in quibus rebus, non satis inuenio ab authoribus, vel historicis explicatum. Nam in primis non fuit in fine proprio talis instituti: nam semper retentus fuit purus monachatus, & vita contemplativa. Deinde non fuit mutatione in regula, neque in substantiali profesio-ne votorum: nam Benedicti regula integra retenta est, idemque modus profundi conuersationem monorum secundum illam. In habitu dicūt quidam fuisse factam mutationem quoad figuram, & colorem. Sed quoad colorem Antonius dicit tit. 15. c. 22. n. 2. refert Cluniacenses semper retinuisse nigrum habi-tum, & de eis intelligit iura, quæ de monachis nigris loquuntur, & eosdem ait fusile reformatos anno 1400. per Eugenium III. in congregacione, quæ Franc. Suar. de statu relig. Tom. I. V.

dicitur S. Iustina, quia initium habuit in Abbacia S. Iustinae Paduae, & postea per plura monasteria propagata est. Illa autem congregatio nunc eadem religio esse videtur cum ordine S. Benedicti, & nonnulla monasteria Hispaniae, quæ Cluniacensis ordinis fuissent dicuntur, præsertim S. Facundi, & sancti Vincentii Salmanticae, eiudem ordinis nunc sunt cum aliis S. Benedicti. Non videntur ergo à principio habuisse distinctionem in colore habitus; in figura verò fortasse fuit aliqua, & nonnulla etiam in constitutionibus, & obseruantiarum, propter quæ ut religio distincta, vel saltem vt familia, diuersa à religione S. Benedicti habita est: ad eum modum quo sunt in religione Minorum variae familiae, cum non modica distinctione in figura, & asperitate habitus, & aliarum obseruantiarum, & tamen non censemur plures religiones, sed una, in diuersis membris suis magis vel minus reformatas.

Secunda religio, non quidem tempore, sed amplitudine, & dignitate, quæ ex D. Benedicto ortum habuit, fuit Cisterciensis. Cuius institutor vulgo censetur S. Bernardus, quia inter religiosos omnes illius familiae fuisse illustris, & eam maximè propagauit, & auxit nam dum viueret, centum sexaginta monasteria sua reformationis in variis Europæ regionibus fundasse dicitur. Re tamen vera 15. annis antequam Bernardus esset monachus, Cisterciensium reformatio incepit, vt constat ex historiis apud Vincentium lib. 25. cap. 6. 4. Antonin. 2. p. tit. 15. cap. 8. Sigibertum in Chronico anno 1028. quo anno religio illa inchoata est sub Roberto primo Abbatore Cisterciensi, vt in vita eius refert Surius tom. 2. die 29. Aprilis. Duxit autem originem à cœnobio Molisnensi, quod in prouincia Burgundia in Episcopatu Lingonieni situm erat. Cœnobium autem illud Molisnense Benedictini ordinis erat: an verò in eo seruaretur professio communis, & antiquo more, vel iuxta novam Cluniacensem institutionem, in historiis explicatum non reperio, illud tamen prius videtur probabilius. Nam Bernardus licet Cluniacensium mentionem faciat, nunquam ab eis originem vel aliquid habere recognoscit, vt patet ex Apologia ad Guillelmum Abbatem, & epist. 1. ad Robertum nepotem, vbi S. Benedictum suum, & Cluniacensium legislatorem appellat, siueque institutum longè arctius esse ostendit. Cœnobium itaque Molisnense professionis erat S. Benedicti, obseruantia tamē religiosa in eo fuerat relaxata. Quatuor autem monachi illius, Stephanus, Albericus, & alij duo maiorem perfectionem, & rigorem defiderantes, solitudinem petierunt, ac tandem in sylva Cisterciensium dicta quasi eremiticam vitam inchoarunt: postea vero eos sequutus est Robertus Molisnensis Abbas cum aliis viginti duobus, qui primum cœnobium Cisterciense sub eodem Roberto primo Abbatore incoluerunt. Post paulum vero temporis redeunte Roberto iussu Pontificis ad Abbatiam Molisnensis cœnobij, ei successit Albericus, qui intra biennium defuncto, successit Stephanus, qui constitutions illius ordinis in formam redigit, & consummavit: ideoque fundator illius ordinis appellari etiam solet. Ille vero recepit Bernardum, qui maximè ordinem nobilitauit, & ideo non men eius tandem retinuit.

Habet ergo hic ordo, quoad institutum, regulam eandem, & eundem fine in cum ordine S. Benedicti: maiorem tamen ab illo distinctionem quam ordo Cluniacensis à principio habuisse, & nunc etiam habere videtur. Nam quoad habitum, magnam distinctionem habet in colore albo, vt constat, & in figura nonnulli differunt, quamvis modicum. Et præterea differt in multis constitutionibus, & specialiter ab Ecclesia approbatus est, & multis priuilegiis ornatus: & ita ut religio distincta inter monachales

IV.

Tradatur
etiam prior
pars tituli
quoad ordi-
nem Cister-
tiensem.

numeratus, & in iure interdum fit specialis mentio illius & satis honorifica, ut patet in cap. mon. de regularib. vbi prohibetur transitus à Cisterciens ordine ad alios, vbi Glossa rationem reddit, quia nullus ordo arctior tunc inueniebatur. De qua re in superioribus dictum est tract. prae. lib. 3. & in c. lxxx. eod. tit. approbat transitus ad Cisterciensem ordinem tanquam ad arctiorem. Et in c. in fugulis. de statu monach. supponit, morem celebrandi Capitula antiquorem esse in ordine Cisterciensi, quā in ordine S. Benedicti. Et ideo statuitur, ut similia Capitula in ordine S. Benedicti hant, & vt pro illo primordiis duo Abbates Cistercienses in Capitulo cum aliis Abbatibus Benedictinis præsiderent. Quod satis demonstrat quāta authoritas & estimationis hic ordo fuerit tempore Innocentij III. Quanquam ante Innocentium Alexander III. in c. recolentes. de statu monach. cōqueratur, quod à prima perfectione non nihil defecisset. Dolentes (inquit) dicimus quod eis non ab omnibus, neque in omnibus, à plerisque eam, & in pluribus ab illa, plura institutione diuina declinatum in tantum, ut aliquis ex vobis prima institutione oblati, contra ordinem vestrum regulam, villas Ecclesiast. & altari possident, fiducias, & homines benigni sunt, ipsi sunt: at, & tributaras sententias, &c.

V.
Quale fuit, aut num
sit Cister
cianum
professio.

Ex quibus verbis & ex historiis supra citatis intelligi potest, religionē hanc à principio fuisse fundatam in speciali professione paupertatis: nam etiam mendicasse referuntur tempore Stephani Abbatis. Re tamen vera nunquam sunt profesi mendicatorem, aut pauperarem in communī, sed solū ex regula statuerant, & inere ab aliquibus modis seu generibus immobiliis bonorum, vel Ecclesiasticorum redditum, quibus posse vel temporalibus curis distrahi, vel ministeris à sua professione alienis occupari. Vnde Vincentius, & Antoninus referunt fecisse declarationem seu constitutionem auctoritate Apołolica conformatam, abdicandi Ecclesiast. al. aria, olationes, & decimas, & regulas al. orum hominum, & farnos, & molendinae Villas, & ruricatos. Tantum ergo huiusmodi bonorum genera abdicarunt, imo inferius reddendo rationem ob quā à decimaru perceptione abstinebant: dicitur, decimas a sanctis Patribus in quatuor partes esse distributas, vnam Episcopo, aliam clero, tertiam pauperibus, quartam fabrice, & ideo usurpare decimas detrectabant, quia in nulo illorum membrorum comprehendendi monachum existimabant: quia monachus (dicitur ibi) terras suas possidet, vnde & per se, & per pecora sua laborando vivat. Nominis autem monach. ibi monasterium intelligo: singuli enim monachi per se nihil possidere poterant: monasterium autem habere poterat possessiones, & pecora, atque adeo bona immobilia, & se mouentia, ex quibus monachi alerentur. Igitur maiorem quidem pauperacē professus est ordo Cisterciensis in principio, quā reliqui scelatores S. Benedicti, atque etiam Cluniacenses seruarent, non tamen omnino erat incapax possessionum seu immobiliis bonorum. Erideo Alexander III. in dict. capit. de ent. s. cum limitatio dixit, Relictis possessionibus, vel etiam omnibus, quas insitio v. s. a non recipit. In illo vero genere possessionum tam moderationem obseruelle videatur, ut monachi ipsi suis manibus laborarent, & terram colerent: quod dictis verbis satis significatur, & expressis a Bernardo in dict. epist. sibi, Iesuia, vigili, assilientium, manum que laborem recitat, & infra, Qualis vero religio est fodere terram sicutum excidere, sternere & compicare? In his ergo laboribus exercabantur tunc monachii Cistercienses, etiam contemplatiū vitam maximē prosterētur, & illo modo pauperatē simul, humilitatem & austritatem confungebant, etiam si bona & possessiones suo statui accommodata non recularent. Atque in huiusmodi

obseruantis & constitutionibus simul cum extēriori habitu distincta fuit h̄c religio ab aliis familiis S. Benedicti. Et ita etiam proprium habuit regimen, proprios Praelatos, & cōgregations seu Capitula, & totius religionis supremum regulare Praelatum. Pro distinctione enim harum religionū seu familiarum maximē oportet aduertere, cum D. Benedictus quasi fedem suam in monte Cassiano colloquerit, quamdiu eius religio omnino una & unita permanebat, singula monasteria ita fuisse suis Abbatibus subiecta, ut aliquo modo reliqui Abbes videantur fuisse subordinati Abbatī Cassinensis, quanquam si hoc intelligatur de subordinatione quoad aliquam iurisdictionem, neque in iure, neque in historiis satis expressum inueniatur. Interdū tamen scriptum reperio, Odonum fundatorem Cluniacensem se suamque familiam ab obedientia Cassinensis Abbatis exemisse, ideoque quasi noui ordinem erexisse. Sic ergo Cisterciense monasteriū ab aliis separatum est, & quasi noua suprema abbatia in eo inchoata est, sub qua reliqua monasteria illius ordinis erigebantur, & iuxta suas constitutions, & priuilegia gubernabantur, & quae hodie gubernantur, quanquam in hoc magna mutatio in diuersis regnis & prouinciis facta fuerit, quam nūc explicare ad nos non pertinet.

Hinc verò obiter conector, D. Bernardū non solum non fuisse institutorem illius ordinis, verum etiam neque vñquam fuisse supremum Praelatum illius: nonquam enim fuit Cisterciensis Abbas, sed abbatum Clauallensis, cuius monasterij & fundator, & primus ac perpetuus Abbas, quandovis Cisterciensis fuit: monasterium autem Clauallense à Cisterciensi ortum habuit. Nam illius Abbas Stephanus triennio postquam Bernardum in mon. vñ recepit, illum cum aliis monachis ad fundandum monasterium misit, quod postea Clara vallis vocatum est, eique in Abbatem Clauallensem praefecit, qui semper ibi perceruerat: constat autem Abbatem Clauallensem ex vi sue dignitatis nonquam fuisse a liis superiorem: nonquam ergo Bernardus vñversalem prælationem in suo ordine habuit. neque enim aliquibi legimus, per speciale electionem aut concessionem ei fuisse aliquando datam. Neque hoc minuit Bernardi auctoritatem, sed aug. potius, tanta enim fuit inter eos estimationis, ut cī ratione iurisdictionis vñversalis Praelatus non esset, nihilominus ut communis parentis ab omnibus habitus sit, propter eximiam eius sanctitatem, & religiosam, ac spiritualem doctrinam, & quia vera fuit fundator plurium, ac ferè omnium monasteriorum illius ordinis. De quo hac dissimil sufficiat: nam reliqua, quæ scholastica sunt, & propria nostri instituti, non requirunt specialem dicitram, sed applicationem eius, quę generatim dicitur.

Et ob eandem causam nihil ferè dicam de multis aliis religionibus monachalibus regulam S. Benedicti prohtinentibus, & quæ ab illa per nonnullas accidentales mutationes dimanarunt in omnibus enim est idem virū institutum, & earū diversitas in parte ritibus seu constitutionibus consistit, quæ ab v. m. muscumque professoribus scribi debent, si talis professio durat, nonnullæ enim iam extinxerunt, & a lia rara habent monasteria. Itaque in hoc ordine ponimus congregationem Chamduensem, quæ in Italia paucos quidem habet conuentus, magis tamen religionis, & estimationis, copique anno nongentimo sexagesimo septimo, auctore S. Romualdo, quanvis ipso viuente à reliqua familia S. Benedicti quoad obedientiam & vniōem separata non fuerit, sed solū quoad habitationis modum, & quoad silentium, reuia, & alias aperitores, ob quas tandem auctoritate Alexandri Cham-

Cap. III. Quæ religiones monachorum ex Benedictina ortas sunt. & an ab illa, &c.

3.2.9

Chamaldulenfis approbata est, & separata à reliquo
ordine S.Benedicti: quia tanta diueritas non po-
terat commode in eodem corpore, & sub eodem
regimine conseruari. Nam Chamaldulenfes non v-
tuntur communī habitatione ad dormientium, vel
ordinari comedendum, sed singuli cellas habent
quasi domos separatas, & solum dominicis, ac fe-
tis diebus ad diuinā officia conueniunt, & duode-
cim tantum in anno simul cibū sumunt; reliquo
autem tempore solitariam vitam, & silentium
feruant, & orationi, ac lectiōni, vel labore ma-
num dant operam. Itaque Carthusianis simillimi
sunt, & colore etiam albo vntunt, & a carnibus ab-
stinent, quamvis non tempore morbi, vt Carthus-
iani.

larum magister, reliquo seculo, etenim *Carthusia fundat*, propositumque monastica conuersationis satis arduum instituit. Idem referunt Antoninus 2. p. tit. 15. c. 2. & latè Surius 10. 5. die 6. Octobris, Dionyius Carthus, opusculo de laudibus ordinis Carthasiani. Apud quos legitur tremendum exemplum, quod Brunum, & sectatores eius excitauit ad illud vita genus afflendum, quod omittit, quia satis vulgatum est. Non fuit autem hic ordo institutus sub aliqua ex antiquioribus regulis: nec referunt dicti auctores quamnam statuta, vel constitutions ab ipso B. Bruno a principio haberent, sed solum edificasse in illa solitudine Carthusia, Ecclesiam, & non procul ab illa cellulas inter se aliquantulum separatas, ne alter alterius quietem & solitudinem perturbaret.

VIII.

Antis ordo post Chamalduensem ortus fuit qui Vallis umbrofus dicitur. Eiusque author fuit S. Ioannes Gualbertus, qui prius fuit monachus Cluniacensis ordinis in contuento S. Miniatis; postea vero ad Chamaldulenses peruenit, non tamen eorum institutum professus est, quia cenobiticam vitam potius quam eremiticam affectabat, ut historie referunt, ideoque postquam per aliquot dies Chamalduleni mores, & vitam est contemplatus, inde discessit, & cum aliquibus sociis in loco commendo, *Vallis umbra*, sicut nominato, monasterium S. Benedicti erexit, propriis quibusdam austerioris vita obseruantis & constitutioibus ad perfectiorem regulæ custodiad amictus. Principiè vero in clausura obseruatione religio hac in principio excelluit; habitus verò illius idem serè est qui S. Benedicti, in colore tamen aliquantulum diuersus, quamvis non sit albus, sed medij coloris. Atque hunc etiam ordinem approbavit Alexander II. anno 1070. quamvis in hoc annorum numero nonnulla sit in authoribus diuersitas.

IX.
De quibus-
dam aliis
familier ab-
stinentiis.
Atque eodem fere tempore post quinque aut sex
annos instituta est alia familia eiusdem ordinis &
regule S. Benedicti, opera quorundam virorum no-
bilium Mediolanensium, qui dictus est ordo Humili-
atorum, & ab Innocentio III. tandem confirmatus
est, postea verò a Pio V. omnino fuit sublatuſ, & id
eo de illo plura dicere necesse non est. Sunt etiam
qui in hoc ordine ponant ordinem Grandmonten-
sem, sed non inuenio huius rei sufficiens fundame-
tum, ut sequenti cap. dicam. Præterea ordo Cœle-
stinarum, Guillelmitarum, qui alio nomine Montis
Virginis appellatur, & ordo montis Oliueti, ac
denique ordo Sylvestrinorum, qui omnes in Italia
vident, & sub distinctis Generalibus seu primariis
Abbatibus militant, Benedictinæ regula sunt, & fe-
rè eiusdem religionis, & sicut de aliis dictum est, fo-
lum in aliquibus obseruantis, & aliquantulum in
habitu differunt. Circa eorum autem originem &
progressum nihil peculiare ad nostrum institutum
pertinens occurrit; & ideo legi possunt historie, que
de illis suis tractant.

C A P V T . I V .

*An ordo Carthusiensis sit perfecta monachorum
religio? Deque eius origine & obser-
vantia.*

DE tribus, vel quatuor aliis monachorum ordinibus postumis hoc loco breuem mentionem facere. Primus est Carthusiensis ordo, qui inter monachales omnes arcitor reputatur, tum ex institutio-
ne, tum ex perseverentia in illa: quia de suo pri-
mo rigore minus remisit. Cecepit autem hic ordo anno
Domini 1084. iuxta Sigibertum in Chronico,
vbi sic inquit, *Bruno natione Theotonicus ex urbe Colonia
luris apponit eruditus, Rhenensis Ecclesie canonicus, & si ho-*
Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

Inter autem regnum a carceris milititum monachorum in propriis constitutionibus & obseruantius, quæ, ut verisimile est, ab ipso S. Bruno inchoatus fuerunt, & postea discursu temporis, per prælatos, & generalia capitula perfecte & consummata sunt. Inter quas nonnullæ sunt grauiores, & specialiter adnotandas, quia vel nonnullam difficultatem habent, vel singularem rigorem & obseruantiam ostendunt. Prima est de abstinentia à carnibus, quæ tantæ integritate obseruantur, ut propter nullâ causam vel necessitatem etiam extremam mortis vitam habeant. Hanc legem transgrediantur: quod an licet facere possint, à Theologis dubitatum est. Quia est contra obligationem naturalem, quam homo habet conseruandi vitam, contra quam nulla lex potest, præfertim humana obligare potest, immo nec votum ieiunandi, vel abstinenti Ædi cum tali circumstantia videtur posse obligare, immo nec seruari: quia est indiscretum, & in detrimentum vita, quæ non est hominis, sed Dei.

Ee 2

Circa

IV.
2. Casus in
quo non li-
get Carthus-
iano mensa
aboſtinen-
tia a carnib.

Circa hoc ergo duo casus distinguendi sunt. Vnus est, quando extrema necessitas oritur ex defectu alterius cibi; ita ut sit certum periculum morienti fame, nisi carnes comedantur: alius est, quando tantum est ordinarium periculum aegritudinis, & medicus iudicat esse moraliter necessarium efum carnis ad resistendum aegritudini. In priori casu cense non est licitum feruare tal statutum, propter rationes factas; & quia in eo casu talis abstinentia nullam habet rationem virtutis: quia neque ad proprium personale bonum talis abstinentia ad aliquod utilis est: neque ad aliquod bonum commune. Quod enim emolumentum prouenier religioni ex eo quod religiosus moriatur ne carnes comedat. Dicentes ipsam inuiolabilis obseruatio legis est magnum bonum commune: sicut Machabaei dederunt vitam, ne comedendo carnem suillam, legem violarent. Respondetur, si lex humana praecepit expressè non comedere carnes etiam in eo casu, iniqua esset, & irrationalis, quia est legi natura, & charitati contraria, & sine necessitate praecepit prodigere vitam. Vnde quando constitutio simpliciter fertur, non comprehendit casum illum, ideoque tunc abstinere a carnibus non est feruare legem, sed agere contra animant eius, quae est charitas. Exemplum autem Machabaorum non est ad rem: quia in illo non erat necessitas naturalis (vt sic dicam) & intrinseca, sed erat violentia in contemptum religionis illius temporis: in quo casu prodigenda est vita, non per se propter abstinentiam, sed propter confessionem fidei, & honorem religionis. Sicut nunc etiam in extrema necessitate ob defectu aliorum ciborum potest, & debet Christianus comedere carnes feria sexta: si tamen a tyrranno cogresur in contemptum religionis, & Ecclesia tibi precepit, nec debet, nec posset: quia consentiret error eius.

V.
2. Casus in
quo licet etia-
cum porciu-
lo vita.

In posteriori autem casu licitum esse existimo obseruare inuiolabiliter illam abstinentiam, non obstante aegritudinis periculo, aut necessitate. Ratio est, quia talis abstinentia potest pertinere ad magnum commune bonum illius religionis, ne illa occasione aperiat via relaxandi sanctam illam obseruantiam in tali religione. Nam ordinariè ac regulariter loquendo, eius carnium non est adeo necessarius aegrotantibus etiam cum periculo mortis, ut si omittatur, physici, aut moraliter fiat ineuitabilis mors: quia ordinariè sunt alii cibi, & alia media, quibus possit vita, etiam in illo statu conseruari sine laesione, quantum est ex parte cibi. Quamvis ergo in aliquo casu possit necessitas esse maior, & vita periclitari abstinendo a carnibus: nihilominus si ea occasione permittatur, necessarius erit arbitrio medicorum talem dispensationem relinquare, atque ita facile fieret extensio ad plures alias causas non adeo necessarias: hoc ergo ne irepat, potest esse sufficiens & rationabile motuum, absoluere, & indiferenter abstinendi a carnibus etiam in simili periculo, non obstante medicorum iudicio, nisi contingat cum hoc secundo casu coniungi priorem. Ut si aegrotus nullo modo valeat alii cibis vti, siue ob pecuniam, siue ob conditionem aegritudinis: nam tunc fame potius, quam aegritudine mori finetur. Atque ita huic quæstioni respondent Gerson proprio tractatu de hac re, alphab. 39. lit. E. Maior in 4.d. 38. q. 24. Martinus de Magistris, q. de Abstinentia, & melius Victoria in Relatione de Temperantia, num. 8. & sequentibus, qui licet in principio sit dubius, & in vtramque partem proponant argumenta, tandem in hanc resolutio nem inclinat.

VI.
De obser-
vacione clau-
ſura.

Alia ex principiis obseruantis Carthusianorum est perpetua clausura, de qua inquit Nauarr. Comitent. 4. de Regularib. n. 30. in hunc modum, Hanc

legem clausura iure communis statutam, aut confirmatam Carthusianis partim statutis, partim consuetudine inviolab. litter obseruata adeo auerunt, ut eorum clausura videatur quidam carcer perpetuum. Et ibidem referi particulars constitutiones eiusdem ordinis circa huiusmodi clausuram, que in summa continent primo, quod Prior Carthusie, scilicet Generalis, nunquam terminos sui eremii egreditur: alijs vero exire possunt cum licentia Prioris Generalis, & non alterquamuis ex quo incipiunt esse Priors, vsque ad Capitulum generale, possint septies exire pro visitatione domus, & in Curias etiam Prælatorum, aut Principi ad necessaria negotia tractanda. Alij vero priuati monachi nunquam egreduntur nisi de licentia Prioris Generalis, & necessitate urgente, vel nisi mittantur ad sufficiendos ordines, vel ad habitandum in alio monasterio sui ordinis, vel nisi elegantur in Superioribus, Visitatores, vel re eant ad Capitulum generale: vel nisi necessitas belli, aut aliam misericordia eos cogat: ac denique mitti etiam possunt ad grangias seu villas sui conuentus. ex 3.p. Statutorum antiquorum §. 11. Pote etiam in hac clausura considerari, quod ferè maiori parte temporis debent iuxta constitutiones suas intra cellam manere: possunt tamen intra suam clausuram statu temporibus exire: extra clausuram autem, & intra terminos sui eremii egreduntur semel, aut bis in hebdomada, non tamen priuatim, sed communiter cum conuentu, animi relaxandi gratia, cum mensura tamen, & religioso modo in suis constitutionibus praefixo. Vnde constar ordinem hunc perfectam fatis, & rigoram clausuram feruare. Ex illico ratione illius obtinuisse religionem hanc inter alias prærogatiuam, ut ab omnibus aliis trahit ad illam liceat iure communi, in Extraug. Vien. ambro. de Regularib. & ferè iuxta omni priuilegio religionum, nam hoc factum videtur propter maiorem securitatem, qua moraliter loquendo, & quantum humano modo iudicari potest, maior est, ubi tanta clausura, & separatio à conuersatione secularium feruatur: præterim cum coniuncta sit etiam tanta vita austerior, & iugis diuinarum rerum contemplatione. Quæ omnia sunt etiam apudissima meditatione ad magnam perfectionem consequendum.

Alii vero contendunt licitum esse quantum est ex vi iuris communis transitum à Carthusiis ad aliquem alium ordinem, vt iam in preced. transatu lib. 3. c. 9. à num. 14. artigi. Ita centen religio Prædicatores in suis constitutionibus. dit. 1. c. 13. §. 4. cum declaratione; & Sylvest. verb. Relig. 4. q. 6. Carth. refert ita fuisse Parisii declaratum, & Nauar. con. ad capitulo 68. de Regularib. iuxta primam impressionem, religio quæstionem mouens de transitu Carthusianis ad Minores, dicit, in foro conscientie posse fieri, si bona intentione, sine scandalo, cum debitiss circumstantiis fiat. Quia, sicut ius concedat transitum à mendicantibus ad Carthusianos, non tamen prohibet eum conuertere transitus Carthusiani ad mendicantes; & alioquin dicta religiones mendicantes reputantur a suis professoriis, & strictriores, & perfectiores aliis, etiam Carthusia, vt de sua expressa dicunt Prædicatores in citato loco suarum Constitutionum, & de sua seniū S. Bonav. in questionibus circa suam regulam, q. 13. & latè Corduba super regulum S. Francisci c. 2. q. 17. & seniūrū aliqui Cagionistæ, vt intelligi potest ex Joanne Andrea, & Panormit. in c. non est de regularibus.

Sed ego in hoc opere decreui religiones inter se non comparare, sed omnes venerari, & singulis transi buere quod iure illis concessum est. Ordini ergo carth. Carthuse hoc concessionem inuenio, ut id ipsa licet transire à mendicantibus. Quod autem ab ipsa ad mendicantes liceat transitus, scriptum non inuenio in iure, neque in aliquo præiugio specialiter concer-

concessio. Dare autem hanc licentiam per illam generali regulam iuris, quod transitus ad arctorem religionem *Carthusianum* non videtur mihi tutum, tum quia ius concedens transitus ad Carthusianum, videtur supponere illam esse arctorem, vel saltet equaliter in arctitudine, & securiore: tum etiam quia si transire ad Carthusiam non est retro respicere, vt etiam supponit illud ius: ergo transire a Carthusia ad alias, vel est retrocedere, vel certe non est ultius progrederi non licet sine speciali concessione. Tum etiam quia videtur nimis ausus hanc licentiam dare, propter solum priuatum iudicium de excellente alterius religionis, praesertim in causa propria. Vnde Nauar. dicit. Comment. 3. de Regul. n. 32. concludit, à Carthusia ad nullam aliam religionem traniri, & Major in 4. d. 38. q. 13. dixit, nullam inter religiones omnes Carthusiam in honestate, & securitate excedere; quam assertione prosequitur, & declarat late, & cum non positivè, sed negatiuè comparationem faciat, tolerari potest. Nauar. vero conf. 10. de Regul. in prima impressione, abfoluit ait, Carthusianos notabiliter esse austrieros mendicantes, etiam Minimis, quos certis in austriitate praeferit. Quæ cōparationes verū habent quoad aliquas austriates exteriores, simpliciter autem priuatum iudicium dare difficile est.

Vtimo ex dictis confitat, satis multumque esse religionem hanc ab Ecclesia approbatam, quando vero hoc approbatio copierit, interrogari potest. Refert enim Gerfon p. 2. alphab. 39. lit. D. quidam obiecit ordinis Carthusiensem, quod confirmatus non esset: ad quam ipse respondet, primum fuisse approbatam more antiquarum religionum: quia per centum triginta annos antecelsit religiones mendicantium, & consequenter etiam precelsis illi iuri canonico, quod specialem approbationem scriptum requirit, quare ipso visu, & sanctitatis exemplo, & generali Ecclesiæ acceptatione approbatam est. Advertit autem Surius in vita S. Brunonis, Apostolicam Sedem statim ab initio eam complexam fuisse, Brunonemque cum primum monasterium Carthusia fundasset, vocatum fuisse ab Urbano II. Pont. Max. & cum illum apud retenire voluisset Pontifex, scripsisse eundem Pontificem in favorem monachorum Carthusiarum, vt eis eremus illa concederetur, vt in ea secum vita institutum prosequerentur. Et haec (inquit) fuit nisi prima litera Romani Pontificis de Carthusiano instituto, quæ magno sunt documento, ab ipsis Carthusianæ religionis initijs eam à Sede Apostolica approbatam esse. Deinde vero multis alijs priuilegijs, ac deniq; in citato decreto sapientia confirmata est. Refert denique Gerfon, & Major, non defuisse qui perfectionem huini ordinis diminuere voluerint, eo quod ne plures habeat sanctos canonizatos, nec multis miraculis fulgeant: quibus ipsi late respondent, hac signa non esse necessaria ad perfectionem, & optimam ac sufficiens esse exemplum perfecte sanctitatis, præseruit cum perseverantia tot annorum, in quibus rigor primus illius religionis ferè in nullo diminutus est.

C A P V T . V.

An regula S. Hieronymi, aut alia monachalis, sub regula Augustini militari?

I. PRÆTER religiones monachales, de quibus haec nus diximus, sunt aliquæ nunc in Ecclesia, quæ licet profiteantur regula Augustini, que antiquior est quam regula Benedicti, nihilominus recentiores sunt: nunc enim non agimus de religione Eremitarum S. Augustini, quam non inter monachales, sed inter mendicantes ponimus. Antiqui autem mona-

chi seu eremiti S. Augustini non retinent nunc eundem statum, & viuendi modum, quem primitus hahuerunt, sed vel ad mendicantium statum, qui longè post Augustinum institutus est in Ecclesia, translati fuere, de quo postea in c. 9. videbimus, vel adiunctis proprijs obseruantis, & constitutionibus, in nos monachales ordines transferunt.

In his ergo in primis numerari potest ordo appellatus *Grandimontis*, qui circa annum Domini 1080. à quadam Stephano Albanensi viro religioso inchoatus est. Et quidam referunt, eum inchoasse sub regula S. Benedicti: alij dicunt militare sub regula S. Augustini. Mihi de eorum instituto non satis constat, neutrum enim ex dictis declarant antiquiores historiographi, vt videre licet in Vincentio lib. 25. cap. 46. & Antonino 2. p. tit. 15. cap. 21. qui ait, Stephanum peragrat multis eremis, & de Canonice, & monachorum, & Eremitarum vita, quæ imitanda sunt, memorie commen-
dans, in Aquitania prope Lemouicas ad montem nemorofum qui Muretum dicitur, primum monasterium suu ordinis edificasse. Vnde potius significat nullam specialem regulam assumptissimam, sed ex omnibus, quæ viderat, & expertus fuerat, suum peculiarem viuendi modum instituisse. Vnum vero referunt in illo viro specialiter notandum, scilicet, cum Muretum solus peruenisset in locum solitarium, & contemplationi aptissimum, ibi se Deo seruitur omni tempore spopondisse, & cum quadam annulo (ait Antoninus) quem de omni substantia mundi tantum habebat, semetipsum califissimum virginem despontauit dicens, Ego Stephanus diabolo abrenuncio, & omnibus pompa eius, & officio me, ac redito Deo Patri, Filio, & Spiritu sancto, sibique professionem suam, posuit super caput suum, fundens orationem ad Iesum Dominum, & matrem eius Virginem. Qui professionis modus nouus est, & singulari Spiritus sancti instinctu attribui potest: tamen in rigore illa professio nec fuit, qualis nunc est per vota solemnia, neque constituebat verum religionem, cum vota paupertatis, & obedientiae non haberet.

Postea vero cum diuulgata eius fama multi discipuli ad illum congregati fuisse, religiosum monasterium fundatum est, actandum annuente pontifice, etiam Summo Pontifice tacite, velexpressè, pro-
pria & perfecta religio esse coepit. Accidit autem ut post morem Stephani fratres S. Augustini item mouerent monachis S. Stephani, contendentes locum illum Mureti, ad ius suum pertinere. Illi autem remedium à Deo postulantes, & in Missa humiliter Deo supplicantibus, vocem hanc audierunt, I. Grandinonte, in Grandimonte: & ita in locum illum, & monasterium totum, & corpus fundatoris transtulerunt.

Ex qua historia, quæ communis est, duo colliguntur, vnum est, vnde sit hic ordo Grandimontensis vocatus: alius est, non esse admodum verisimile, Stephanum fuisse monachum S. Augustini suscepimus, qui ante fundatus esset in loco eiusdem, in aliquo conuentu, qui antea fundatus esset in loco illius Mureti, quia nulla mentio talis conuentus existit. Non videtur ut in aliquo vicino monasterio viuebant, & ins aliquod in solum illum, quamvis sylvestre, & deserrum pretendebant, præterquam quod id repugnat modo professionis superioris relatæ. Vnde etiam non est verisimile sub regula S. Augustini hunc ordinem fuisse fundatum, aliquo in illo principio potius habitus fuisse ut reformatio eiusdem ordinis, quam ut ordo dieretur, neque esset tanta occasio contentionis, præseruit si reformatio ex eisdem fratribus facta fuisse, & Fr. Hieronymus Romanus vult.

V.
Net sub se
gulas. Bene
dicit, sed de
nso inflar
Carthusia.
Vide Vela
ter lib. 12.
Op. polyder
Vv. gil lib. 7.
cap. 2.
Vide Cappa
beam in ca
rateg glori
mudi.

Neque etiam inuenio fundamentum ad afferendū, in institutum esse sub regula S. Benedicti, vel sub aliqua alia antiquiori, sed verisimile est, sicut religio Carthusianorum cum proprijs statutis absque alia regula eodem fere tempore fundata est, ita & hunc ordinem inuenisti propter vivendi modum. Qualis autem hic fuerit, in particulari nobis non conitat, sed solum esse ordinem monasticum, contemplationi, & psalmodiae deditum, cum magna solitudine & austritate corporali, cum magnis ieiuniis etiam in pane & aqua. Et de fundatore specialiter referunt, quod incedebat indutus locatica ferrea contra carnis tentamenta; quem moriem in totum ordinem introduxit fuisse quidam aiunt. Refert item Platinus in Joanne XXXII. alias X XI. Pontificem illum, ordinem hunc aliquantulum iam labefactatum instaurasse, & additis quibusdam institutionib. in meliorem formam redigisse. Huius vero ordinis nulla habemus in Hispania monasteria: an vero in Gallia duret, vel in alias prouincias propagatus fuerit, incertum habeo.

VI.
De ordine
Præmonstra
tentium ex
Regule S.
Augustini
descendente.

Secundò loco possumus in hoc ordine ponere ordinem Præmonstratensem, nam illum monachalem vitam nunc profiteri, & habitum portare manifestum est, & regulam S. Augustini profiteri. Cœpit autem hic ordo anno 1120. quamvis in hoc nonnulla sit differentia inter autores, ex quibus quidam aiunt fuisse approbatum à Pafchali II. alij à Gelasio II. alij vero ab Innocentio II. Primum autem huius religionis fundatorem omnes referunt fuisse Norbertum virum nobilem Lotharingia oriundum, qui factus Presbyter, & habitu paupertatis assumptus, ac nudis pedibus incedens, predicare coepit verbum Dei, & a Gelasio Papa II. licentiam & autoritatem illud munus praestandi obtinuit. Postea vero Calixtus Papa cum Lugdunensi Archiepiscopo commendauit, cuius autoritate in quadam loco Præmonstratum dicto vitam solitariam agere coepit; & postea tredecim socios congregauit, & cum eis secundum canonicę institutionis normam, & regulam S. Augustini religiosam congregationem inchoauit: postea vero quadragesima clericos cum multis laicis secum iam habens, professionem omnes fecerunt iuxta institutionem Apostolicam, & regulam B. Augustini, & ad voluntariam paupertatem, ceterasq; religionis observanrias eos instituit: & adeo sancte vixit, & intra breue tempus in longinquas regiones Angliae, Hispaniae, Burgundie propagata fuerit eius religio. Quæ omnia sumpta sunt ex his quæ referunt Surius die 6. Iunij, & Antonius. 3. p. tit. 15. cap. 19. & tit. 17. c. 1. S. 3. Vincentius, & alij. Ex quibus videtur colligi ordinem hunc in principio fuisse Canonicorum regularium reformatorum, quamvis non confet, an in principio vii fuerint hi religiosi communi habitu Canonicorum regularium, vel aliquo proprio habitu monachali. Nunc vero huiusmodi habitum deferunt, præferim in Hispania: in alij vero Provincijs Canonicorum rochetum, seu lineam vestem albam deferre dicuntur: quia iuxta sua statuta possunt in hoc consuetudini vniuersiusq; regionis se accommodare. In reliquis nihil habet speciale hæc religio: nam ex instituto contemplativa est; nullam vero speciale austritatem proficit, sed constitutiones habere dicitur ordini Canonicorum regularium accommodatas, seu similes.

VII.
Ordo nun
cupatus S.
Hieronymi
ab Augu
sti regula
descendens.

Tertiò ac præcipue possumus hoc loco numerare ordinem Eremitarum S. Hieronymi, sub quo patromotam in Hispania, quam in Italia ordo monachalis inuenitur, non tam costruant vnum corpus religionis, neque secundum eandem regulam proficiunt, qualis ex eadem radice prodigie videantur. Copit ergo hæc religio in Hispania in eo loco, in quo nunc situm est monasterium S. Bartholo-

mai, quod ab oppido vicino, de Lupiana dicitur. Circa annum enim Domini 1370. nonnulli viri eremitici & austeravit vitam agentes ibi congregari coeperunt, cumque & numero, & vita sanctitate augerentur, tandem religionem fundare decreverunt, ad quod obtainendum, præcipuum quedam ex sua societate virum, fratrem Petrum Fernandez appellatum, Romanum miserunt, qui a Gregorio XI. confirmationem obtinuit, & simul cum socio in manibus Pontificis professionem emisit, & in Hispania rediens alitorum fratrum professionem recepit, & propterea nonnulli hunc Petrum Ferdinandum huius ordinis fundatorem vocant: Nam ille dicitur Hieronymus appellatur, certum est non fuisse ab illo fundatum, quia ferè per mille annos Hieronymus præcessit, quibus omnibus non legitimus fuisse in Ecclesia aliquem ordinem S. Hieronymi numeratum.

Cur autem hic ordo Hieronymum patronum habeat, & non potius Augustinum, interrogari potest, quia ab Augustino labeat regulam, quam a Gregorio XI. accepit, vt secundum eam religiosi prouenterent, ab Hieronymo autem nihil peculiare habentur. Dicunt aliqui, Hieronymum rati hunc ordinem, vel omnino similem Bethleem fundasse, & aliquo tempore conservatum esse, postea vero interisse, & ab his religiosis excutatum esse, & ideo Hieronymum tamquam fundatorem recognoscere. Veruntamen, quamvis ex ipso Hieronymo nobis constet & monachum fuisse, & monasterium adificasse prope Bethleem, vt ipse referat ep. 26. ad Pammachium, circa finem, Nos (inquit) ista prouincia exadiſto monachio tantum de toto oriente fluentibus obruimur multitudine monachorum, vi necessarium opus defere, nec supra vires ferre valamus. Et in ep. 27. quæ est epitaphium Paulæ, metionem facit monasterii virorum, quod ibi eius sumpibus sustentabatur, præter tria monasteria virginum. De celula etiam, in qua manebat in Bethleem, mentionem facit epist. 61. & in lib. de nominib. Hebraicis, & multis alijs in locis ostendit semper monachicam, & eremiticam vitam affectasse, præferim ep. 4. Quod vero peculiare institutum religiosum infitterit, aut quod regulam aliquam religiosam, vel peculiare habitum ordinaverit, vel quod post mortem suam pro aliquo tempore haberet proprios ali quos sui instituti imitatores sub eius titulo seu ducatu, affirmari non potest, quia nullum habet in antiquitate fundamentum.

Alij vero dixerunt, D. Hieronymum apparuisse primis eremitis huius ordinis in eo habitu, quem nunc ipsi gestant, & inde & nomen, & habitum accepisse. Sed in nulla historia fide digna hanc reuelationem inuenio, vt factam esse affirmare possem, quamvis non negem accidere potuisse. Probabelius autem ergo est, illos primos fundatores ex peculiari affectu & devotione ad D. Hieronymum, illum in patronum & monachalem & solitariam vitam, quam ipse exemplo, & scriptis plurimum commendauit.

Hinc factum est, vt aliquo tempore post institutionem huius ordinis in Hispania nonnulla mutatio circa eius regulam intentata fuerit. Nam tempore Martini V. religiosus quidam eiusdem ordinis, quem aliqui Petrum de Olmedo vocant, regum Italia monachorum compofuit, vel porcius ex scriptis Hieronymi concinnauit, vt qui eius ferebant nomen, illam proficerentur. Quæ regula in Romo operum Hieronymi habetur auctorem autem eius Lupum de Oliueo nominat ibi Marianus Victor, & ibidem referunt approbatum Martini V. Congregatio autem huius ordinis in Hispania noluit cam ac regulam retinuit. Ea vero occasione ortus est Italia

Italia similis ordo D. Hieronymi industria & auctoritate predicti Petri, seu Lupi, aut fortasse Petri Lupi, qui sub regula a se collecta, & a Martino V. approbata monasteria copit & dicere in Italia que postea multiplicata fuerunt. Et licet aliquando intentatum fuerit congregationem Hispanie, & Italie in unam cogere, sub uno Generali, nunquam tamen obtentum est, & ita relicta sunt tamquam religiones distinctae: ambæ vero monachales sunt, multumque similes in instituto, & in habitu, non nihil tamen differunt, sed præsertim in regula. Secus vero accidit in Castella, & Lusitanie: hæc enim religio eodem tempore, quo in Castella orta est, cepit etiam in Lusitanie habere monasteria, opera cuiusdam religiosi, quem virum sanctum fuisse, & Fr. Vascon fuisse appellatum, historiæ referunt. An vero illæ fuerit socii, aut discipulus Petri Fernandez, & aliorum eremitarum S. Bartholomæi necne: item an in principio monasteria Lusitanie, & Castelle habuerint inter se unionem, & sub ordinacionem, nihil non constat. Solum est certum eandem regulam Augustini, eundemque finem, ac vitæ modum, & sub eodem inter se habitu professam semper fuisse. Et ita, licet ante diuersas cōgregationes sub distincione Generalibus constituerent, facile posse in eandem coalefcere, & unum communem Generalem eligere, ut nunc faciunt.

XI. De toto ergo hoc ordine certum est, unum esse ex præcipuis monachalibus, qui contemplatiuam vitam principaliter proferunt; maximèque excelle in cura diuini cultus, & ceremoniarum Ecclesiasticarum, & in choro, & Psalmodia, cum magna quiete, ac deuotione, ac temporis diuinitudine. Est etiam valde obseruans in clausura, & silencio, & in vita, & velut sufficiens obseruat non solum religiosam modestiam ac mediocritatem, sed etiam austeritatem. De quibus rebus omnibus praeter Augustini regulam, habet proprias constitutions pro suo instituto optimas, & accommodatisimas, in quarum obseruatione peculiarem curam, & rigorem proficitur. Et hinc sit, ut hæc religio in sua prima institutione, & obseruantiæ ferè semper durauerit, habueritque multos viros religionis antignos. Gaudet etiam multis præiugis Pontificis vel proprijs, vel per aliorum communicatio[n]es. Circa quæ omnia nihil occurrit peculiarem habens dubitationem, aut declarationem positulans.

XII. Solùm superest annotandum, præter hunc ordinem S. Hieronymi, quem suo modo per Italiam diffusum esse diximus, esse alios in eadem Italia, qui eiusdem nominis S. Hieronymi nuncupantur. Unus dicitur leuatorum S. Hieronymi, à Ioanne Columbo Senensi fundatus, & ab Urbano V. Pontif. Max. anno 1467, approbatus fuit. In multis autem differunt hi religiosi à nostris Hieronymianis. Primo in regula, nam licet in principio receperint regulam Augustini, postea dicuntur accepisse propriam à quodam suo religioso Episcopo electo, cum approbatione Pontificis. Secundò in habitu, nam vntum capitulo quadrato à cerice ad humeros delecto, & pallio canusino; tertio maximè distant in vita instituto, quia sacris non initiantur: unde nec chorum, nec alia sacra ministeria proficentur, sed alij precibus more laicorum, orationem Dominicam, & Angelicam recitando occupantur, & more antiquorum monachorum, manibus laborant, & inde sufficiuntur. Vnde constat huiusmodi religionem propriæ monachalem esse, & in ea vestigia quedam antiquitatis conferuari, quod Ecclesia Christi valde vult est. Pius cu[m] V. vt super lib. i. cap. 8. dixi, inter mendicantes etiam numerari voluit, quia non repugnat monachalem ordinem esse mendicantem quoad paupertatem;

priuilegia. Aliæ vero duæ congregations, quæ sub nomine Hieronymi in Italia militant, ad hunc locum non spectant. Nam una earum, quæ dicitur Petri Pisani, ex institutione sua non est vera religio, quia nec vota substantialia in ea siebant, nec regula aliqua approbata seruabatur. Aliqui tamen referunt Pium V. fecisse vt sub regula Augustini omnes huius instituti professores tria vota emitteret. Alij dicunt Pium V. hoc intentasse, sed morte preventum non potuisse proficere. Altera vero familia, quæ vocatur S. Hieronymi in Fesulanis, licet dicatur esse religio approbata à Gregorio XII. magis ramen accedit ad religiones mendicantes, quam pub. Chrysostomus, & monachales, vt intelligi potest ex Paulo Moriga in Siana, c. 224 sua historia religionum:

C A P V T VI.

Virum religio Prædicatorum una sit ex mendicantibus; quamque originem, & insluitionem habuerit?

Post religiones monachales, dicendum sequitur de mendicantibus, quæ post illas incepérunt; & licet in multis cum illis conueniant ab eis differunt ut diximus, tamen in fine, quam (quod consequens est) in multis obseruantib[us], & conuersione vite, multumq[ue] participant de clericorum statu, ac ministerijs. & ideo veluti mixta, & media inter monachales, & clericales religiones censeri possunt. Incipimus autem à religione Prædicatorum; non quia instituimus dignitate, vel antiquitate eam alijs preferre (has enim comparationes omnino in hoc opere vitamus, quia non sumus inter eas iudicis constituti,) sed quia in iure hoc ordine ponuntur: *Prædicatori, Minoris Augustini, & Carmelitarum. c. vniuersitatis. sane de relig. domib. in 6. Et in motu proprio Pij V. edito anno 1567. qui incipit Romanus Pontifex iam præuerfatus, &c. Et rursum altero incipiente: Apostolica Sedis benignitas. Hunc ergo iuriis ordinem sequemur; quia hoc etiam iuri magis consentaneum est, vt non tauta Glossa in cap. cum dulcta verb. Transponentes de scriptis. Felin. in rubric. de maiorit. & obed. n. 5. & 6. Cur autem iura hunc ordinem servauerint in his religionibus numerandis, statim in n. 3. attengamus.*

Hæc igitur sacra religio auctorem habuit magnum Ecclesiæ propugnatorē S. Dominicū; *De fundatione eius vita, & sanctitas notissima est; & à grauissimis viris latè conscripta. Inter alia vero videri nisi Prædictorum, ut in eius ordinis constitutionibus d. i. cap. 15. lit. E. in declarationibus. Initium autem eius fuit tempore Innocentij III. & Concilij Lateran. sub illo celebrati, anno Domini 1215. ad quod B. Dominicus cum Episcopo Tolosano acceſſit; vt cum Summo Pontifice sui instituti rationem communicaret; eiusque approbationem, & confirmationem ab eo obtineret. Pontifex autem, quanvis de Dominicō summam opinionem haberet, cinque cogitationes, ac desideria valde probaret; quia tamen res noua videbatur, & difficultas, maturius de illa deliberandum censuit; remisitque S. Dominicū, vt cum locis suis aliquam ex regulis approbatis eligerent, ad quam suum institutum, & vita ratione accommodaret; atque ita benedictionem suam & approbationem postea obtineret. Quod vir sanctus intra breue tempus perfecit; & regulam D. Augustini elegit cum consensu sociorum: quibus etiam (vt historiæ referunt) tunc placuit adiungere constitutiones aliquas ex Præmonstratenſi ordinis desumptas, quæ maxime ad rigorem vite, & obseruationem religio-*

religiosam pertinebant. Quia deliberatione, ac institutione facta, Dominicus Romanum redit de permissione Pontificis certus, ut confirmationem eius obtineret. Inuenit autem Innocentius iam defunctum, & Honорium III. in Sede constitutum, apud quem non minorem gratiam inuenit, statimq; sui defiderij complementum accepit.

III.

Eius appro-
batio inter
primas sa-
lentes.

Atque ita eius ordo approbatus fuit ab Honore, in initio Pontificatus sui, anno Domini 1216. solenni ritu, & literis expeditis in hac verba: *Honorius Episcopus &c. Nos attendentes fratres Ordinis sui futuros pagi-les sibi, & vera mundum in una, confirmamus ordinem tuum cum omnibus scilicet, & possessoribus habentibus, & habendis, & ipsorum ordinem, eiusq; possessio[n]es, & iura sub nostra gubernatione, & protectione fulguramus. Vnde hoc videtur esse unum ex proprijs priuilegijs huius religionis, quod prima fuerit inter religiones omnes, que similem approbationem solennem, & authenticam scriptam statim in ortu suo obtinuerit. Ut affirmat Pius V. suo motu proprio 69. *Dei adiutorio dicens, sacerdos ordinem Prædicatorum inter mendicantes ordines primò fuisse ab Ecclesia approbatum, & confirmatum. Ante Concilium enim Lateran. non erat adeò vistatum in Ecclesia timilem approbationem expectare, vt in superiorib. vidiimus: sed necessitas eius ab eodem tempore Innocentij III. & in eodem Concilio Lateran. indicata est, & præceptum latum, ne quis deinceps novam religionem inueniret, ca-vit de religio[n]e domib. scilicet, abq; speciali, & expressa summa Pontificis approbatione. Et quamvis ante illud Concilium B. Dominicus, & Franciscus de suis religionibus instituendis tractarent, tamen eodem spiritu moti, & quia forte iam tunc religiones non ita approbatæ, minus bene audiebant, vterq; ad Innocentium III. pro huiusmodi confirmatione obtinenda accessit: sed antecessit Franciscus, quia licet esset religione, & etate iunior, patria erat propinquior, vt Antoninus notauit 3.p.tit.23. c.1. Prius ergo approbationem obtinuit, sed solo viuæ vocis oraculo: nam approbationem solenem habuit multo post ab Honore III. anno 8. sui Pontificatus, & 1223. Incarnationis Dominicæ. Ob hanc ergo causam dicitur ordo Prædicatorum primo approbatus, & confirmatus, tali scil. modo, & ritu solenni. Atq; ratione huius solenitatis approbationis verificantur, quæ de prioritate temporis ordinis Prædicatorum afferuntur in eius constitutionibus. d. i. c. 15. lit. I. in declarationibus.**

IV.

Dicitur adi-
catorum re-
ligio est per-
fetta, etiam
quoad for-
mativam,
ex aliis,
& conser-
vativa
mixta.

Vnde constat primò hunc ordinem esse veram, & perfectam religionem, nihil enim ex omnibus, quæ diximus necessaria esse ad hunc statum, in eo desiderari potest. Dico autem esse perfectam, non solum quoad ea, quæ sunt de substantia talis status, quod est per se notum, sed etiam quoad gradum, seu excellentiam instituti, quod, vt se p[ro]p[ter]e diximus, ex finis nobilitate, & mediiorum ad illum consequendum aptitudine dignoscitur. Et quidem finis is est, quo excellentior religio stutus presfigi non potuit (propria scilicet, cuiusq; religio spiritualis perfectio, & proximorum externa salus) vt faciliter intelligitur ex ijs, quæ superiori lib. c. 6. à n. 8. cum D. Thomas, & alijs plerisque ostendimus. Et tractatu sequenti lib. I. ca. 7. à n. 3. ex eodem fundamento, seu excellentia finis, iterum circa Societatem docebimus.

V.
Salutis prox-
morum vir-
di unicum
ordinis Pra-
dicatorum
finem.

Est autem hoc salutis animarum propositum ad eò ingentium huic sacro Ordini, vt videri posset in hunc solum finem institutus. Primò, quia B. Dominicus hinc planè sumpit occasionē illius instituendi, quod viderit Chriti Ecclesiam à defterribus hereticis magna in dies pati detrimet. Secundò, quia Pontifices dictum ordinem vel primum approbantes, vel deinde approbatum confirmantes, nomen *Predicatorum* (quod munus proximi bonum respicit) appropriatè donarunt: vt in prologo ipsa-

rum constitutionum: & latius in earum declarationibus dist. i. ca. 15. lit. I. refertur. Eudem quoque ordinem varijs privilegijs munierunt Pontifices, hoc alibi motu, quod ad prædictandi officium fratrum destinarentur. Vnde huius finis, tanquam vincimentum fit in bulla confirmat. & in dicto prologo constitutionum, n. 3. his verbis: *Ordo nostri specialiter ob-
putationis, & animarum salutem ab initio nos fecit, inslu-
tum, & studium nostrum hoc debet principaliiter intendere, &
proximorum animabus per suos vitas effici.*

Sed reuera magna esset perueritas propria neglecta, aliena salutis finem intendere, & vepore contra debitum charitatis ordinem, ut ex propria materia constare potest. Item, quia amor proximi ex Dei amore, in quo propria confitit perfectio, quadammodo refutat. Quia ergo ratione salus proximi promoueretur, absque amoris Dei intentione? Ad hanc, omnis vera, approbataq; religio, qualis est hec, de qua loquimur, primariò ordinatur ad perficiendos subditos, sive ad alias etiam perficiendos extendantur, sive non. Præterea multa in hac religione exercitia, media sunt ad perficiendos ipsos meos religiosos ordinata; vt oratio, ieiunia, auferentesque alia, de quibus statim: non ergo aliorum salutem, prætermis propria perfectione, tanquam finem vnicum sibi proposuit. Deniq; hoc ipsum apertere satis dicitur in ipsorum constitutionum declaracionibus, dist. i. ca. 15. lit. C. ad illa verba: *Promoto, &c. Vbi exprimitur finem religionis (vtq; quod suos) esse charitatis perfectionem.*

Quæ autem in contrarium allata sunt, id tantum probant, salutem proximorum esse finem principalem intentum in hac religione, ab eaq; impensis, & procurari, non tam qui excludit finem etiam a. 5. j. 1. principiis perfectionis propria, ita ut ambu sibi totalem cōfiant: quod etiam de nostra Societate in sequenti tractatu lib. I. c. 2. differeremus, ubi simul declarabimus, quid in hoc fine peculiarter vindice, ad sui distinctionem ab alijs religionibus, quælibet quoque totaliter sibi præfixerunt. Similiter, quod ad *Prædicatorum* nomen attinet, nouum non est, appellationem accepit aliquando ab una tantum parte, & magis peculiariter ipsius, quam sit propria perfectio, quæ (vt diximus) communis est omnireligioso statui. Et in materia propria exemplum sufficit. *Nostra enim religio ideo ab apostolica sede Societatis Iesu nomine fuit donata, quoniam ipsi Christo in salute animarum multis modis cooperatur. Vnde nuncupatio haec voce quidem diversa est, re autem ipsa, prædicandi munus, quod pro hereticis reducendis a S. Domingo opportunitum, ac sufficiens iudicatum est, complectitur, & ad minora alia, sed non minus fructuosa, ruderiora instruenda ministeria extendit. Cum tamen S. Ignatius partem alteram finis, propria, nimirum, perfectionis cuiusque nostrorum explicitè proponerit in constitutionibus. Non ergo nomen *Prædicatorum*, aut *Societatis Iesu*, aut simile aliud proximorum salutem representans, propria salutis, ac perfectionis finem excludit.*

Iam, quod ad media prædicto fini idonea se-
stat, si consideretur pars illa finis, quæ est propria ^{VIII} ^{publica} perfectio, constat in hac sacra Prædicatorum religione non desiderari. In primis enim de tribus sub-^{publica}stantialibus votis ordinariis, manifestum est perfe-^{publica}ctia satis in ea nuncupari. Non enim parcialiter ca-^{publica}llitatem, vt militares aliquor religiones, profiterentur. Sed quia id etiam vulgare est alieni religioni militari, nedium reliquis non militarisbus cura certè prædicti vori obseruandi, non vulgaria media adhibent. Hic enim ordo est in primis de B. Virgine, quæ planè omnigena calitati studiofir-^{publica}me patrocinatur, singulariter bene meritus, quippe ^{publica}cum

Cuius fundator S. Dominicus receptissimam in Ecclesia devotionem, Rosarium Virginis introducebatque etiam ut n. 12. referam vestis formam ab eadem B. Virgine accepit, quæ candore suo puritatem, nigrore autem penitentiam, quæ puritatem foveat, significabat. Abstinenciam quoq; perpetuam à carnibus, atque etiam à cena non minore parte ann, statuto prescripsit. Cura denique honestatis, & decentij in cubano, ac diligens communis dormitorij clausura de nocte, in eisdem statutis prætermis non est ut pater in d. i. c. 9. & 10. Satis igitur perfectè pro huius voti obseruatione, media prouidit Dominicanum institutum. Addit religionem hanc sacra doctrinæ tam Scholasticæ, quam positivæ studijs esse deditissimam, quæ quantopere à lapibus contra castitatem auocent, ex D. Hieronymo, & ex ipso experimento didicimus, quemadmodum scitè consideratum est in dictis declarationibus d. 2. c. 14. n. 1. lit. A.

IX. Quod attinet ad paupertatem, si ad eos stimulos attendamus, quos ad illius rigorem sensit eiusdem Ordinis fundator Dominicus, nihil minores apparebunt, quam rigor illius, quem S. Franciscus vniè coluit. Nam licet a principio S. Dominicus, ac tota familia, more Canonicorum regularium, quoad habitum, ac bonorum dominium in communi viuerent, ut lib. 1. c. 8. n. 8. attigimus, non multo post s. Francisci exemplo (ut etius annales tradunt) in primo generali capitulo, cui præfuit, omni prioris dominio, etiam in communī renuntiatum est, ac bona eo usque possessa, qua donatoribus, quæ sui Ordinis, quæ Cisterciensibus quoque monialibus reliqua fuere. Quin etiam in eodem generali capitulo institutum est, ut soli calices ad sacrificandum admittantur ex argento; ut non nisi ex vili, sed mundo panno, sacra vestes conficerentur. Leicti preterea, ac vestitus ratio satis parca describitur in citato ca. 9. & 10. Denique circa habitationem paupertatem, in d. 2. c. 1. n. 3. ita determinatur. *Mediterraneos, & humiles fratres nostri habeant, nec permittatur euriſtare, neque fluitare, &c. quæ paupertatem nob̄. am deformant.*

X. At enim quod ad communes reditus attinet, quoniam experientia monstrauit varia ordinis detrimenta, præterim in studijs literarum, ad finem illum predicationis, ac salutaris doctrinæ ad eo necessarijs, indicatum est conducere omnino, ut rigor ille ex ea parte remitteretur. Quare eti neque ad mitiorem regularium Canoniconum habitum, (in eum, quem B. Virgo designarat, iam ante communatum) neque ad amplias admodum possessiones sic factus regressus, attamen anno 1475. à Sixto IV. est obtenta dispensatio, quam postea Concilium Tridentinum omnibus, præter Minores, religionibus indulxit, ut reditus in perpetuum habere licet in communi. Nimirus intellexerunt illius Capituli Pares, ut videre est, in declaratione citati numeri 3. lit. H. paupertatem non esse ipsam religiosam perfectionem, sed eius instrumentum, siue medium; ideoque pro exigentia finis à religione intenti, esse attemperandum: quemadmodum etiam S. Thomas 2. 2. q. 188. art. 7. copiosè differuit, de quo iterum in sequenti tractatu lib. 1. cap. 9. & lib. 4. cap. 4. circa Societatis nostræ paupertatem, rigoreisque alios, sermo redibit. Hic vero declarandum est in promendicitate huius religionis, cum ex non mendicante a principio, facta si mendicans ob renuntiationem redditum in communi, post regressedum tamen ad redditum, non amiserit rationem religionis mendicantis. Sed hæc dubitatio tractando diuisionem religionis in monachalem & mendicantem expedita manet lib. superiore in cap. 8. à num. 8.

XI. Denique obedientia votum satis arduum est in

hoc sacro Predicatorum ordine; de quo declaratio *De obediencia*, cap. 15. lit. K. in dist. 1. ita haber : *Declaramus, quod religio amplius non tenetur obidire Prelato in iis, qua sunt contra iudicium principia Dei, & Ecclesie, &c. In dubio autem tenetur omnino obedire.* Vnde a contrario, palam intelligitur extendi eius voti materiam (salem post dictam declarationem) ad id omne, quod culpant non deuolutum, quod tamen iuxta propriam regulam & institutionem limitandum est, ut infra in seq. tractatu agendum de obedientia Societatis latius explicabimus. Ut autem omittam, satis arduum est institui hunc Ordinem peculiarter ad reducendos hereticos, quia ea de causa ad conuersandum inter illos, non sine vita discrimine, utpote fidei Catholicae hostes, est exppositus. Sed & subiectio non minimæ iudicium illud est, non posse quemlibet religiosum à correctione, quantumvis rigida, si regularis sit, appellare ad Superiorē, etiam intra religionem, prout in constitutionibus d. 2. c. 8. n. 5. disponitur. & in declarationibus eius loci latius habetur. Atque hoc de medijs, quæ ad substantiam perfectionem ordinantur, sicut satis.

De medijs accidentarijs, regula scilicet, & obseruantijs alijs, sunt qui ex Carthusiensem ordine *De accidentiis* sumptus fuisse credant, fortasse quod in externo taris media habitu aliquam preferant conuenientiam, & à caro *ad finem aſſumptis*. Id tamen minus probabile appareat, ex declaratione ad cap. 15. num. 1. lit. E. in dist. 2. constitutionum, & ex historia Fr. Ferdinandi de Castillo lib. 1. cap. 33. vbi à B. Virgine designatum fuisse Prædicatoribus habitum refert. Itaque delegit sibi B. Dominicus in primis probatissimam sancti Augustini regulam, ut patet in forma ipsa professionis proposita in d. 1. c. 15. initio, additus ad finem quah specificum noui Ordinis, constitutionibus accommodatis, de oratione, de abstinentia, alijsque corporis austeritatibus, quas iam diximus, & amplificat etiam Castillo lib. 1. cap. 60. De studijs denique sacra doctrina, ac prophana quoque ad illam capessendam requiritur, quorum quidem studiorum curam, & prouidentiam quantam habuerit S. Dominicus, satis *Quot. 6* describitur in distin. 2. cap. 14. per totum iuncta de *quales inde* claratio. Satis etiam probavit eventus, cum ex *prodigiis* eo Ordine, tanquam ex Troiano equo, vel potius *religiosis*. arce instructissima, ad destructionem munitionum, ut Paulus loquitur, ab Ecclesia hostibus oppositum, produuerint strenui propugnatores fidei, quæ vel editis libris illustrem fecerunt. Inter quos S. Thomas, tanquam inter reliqua minora lumina fulgentissimum astrum, longè, larè, coruscat. Vel *Castillo. fol.* ab ea deerrantes reuocauerint : vel certe in pertinaces, à Sede Apostolica Inquistores delegati animaduertierunt ; quam denique nobili martyrio fuerunt testati. Sed piget omnium catalogum texere, cum facile constare possint ex ipsius ordinis monumentis: imò & constare quot, & quales produuerint Ecclesiæ Prælati, Sacri, ut vocant, Palatij magistri, Monarcharum Hispaniarum Confessarij. *Castillo. fol.* Quot in celeberrimis Academijs professores primarij, ut facilè credas, omnia hac iure penè hereditario huic illustri Ordini obuenisse : adeò ut per annos non paucos rari fuerint in Republica litteraria alicuius nominis viri in doctrina sacra conspicui, qui Dominicanae familie non essent a lumni.

Præter hanc regulam, sub qua ipse B. Dominicus sanctissime vixit, & obiit, instituit duos alios *Ex hoc ordine* religiosæ vitæ ordines, unum pro fratribus, quæ ne dux alii sanctimoniam æquè, ac generis claritate non pauca fluxerunt. fœminæ decorarunt, ut videre licet in eiusdem religionis annalibus. Alterum pro fratribus & sororibus, primò quidem de militia Christi nuncupatis, eo quod ad bona Ecclesia, ab iniustis per id tempus inua-

inuaforibus tuenda instituerentur. Postea verò tanta contra Ecclesiam cessante iniuria, nuncupatis de Pœnitentia, seu de Tertiâ Regula. Quod viræ genus, licet ad essentiam religionis status non pertingat, ut ex ipsa regulâ intelligitur, atque etiam ex similibus S. Francisci, & S. Augustini Tertiariis constat, attamen à Sede Apostolica varijs priuilegijs fuit communittum: & tandem ipsis eius professoribus supplicabitibus ab Innocentio VI. & Eugenio IV. tanquam pium, & laudabile confirmatum. Vide, si placet, tractatum de initio, seu fundatione huiusc confraternitatis, qui cum ipsis Prædicatorum constitutionib[us] circumfertur, & citatum Ferdinand. de Castillo lib. i.c. 49.

XIV.

*Conclusio
insti. uti Pra
dicatorum
prefectio.
Castillo fol.
298. &
201. p. 2.*

Spoliatum.

*XV.
Observatio
prima circa
idem insti
tutum.
Secunda.*

In ipsis porrò constitutionib[us] obseruandum primò, eas ex vi sua, ad nullam culpam obligare, ut passim in eisdem exprimitur, & declaratur. Exceptio verò de contemptu, quæ in eis fit, latè discutitur superiori tract. lib. i. c. 4. Secundò, declarationis illius, quæ in dist. i. c. 15. n. 1. lit. I. §. *Præterea*, habetur ordinem Prædicatorum præstare inter alios ratione maioriæ articularium, & aperissat, quod si: *artior omnibus religionibus mendicantibus ob paritatem tibi, & longiora ieunia.* Huius, inquam, declarationis sensum esse, hanc vnam esse ex artiorib[us] religionib[us]. secundum quid, non vniuersim, cum probatio illa de paritate cibi, & longis ieunijs non amplius conficiat. Alijs enim sunt austeriorib[us] apud mendicantes etiam religiones, quibus (ut purè monachalem Carthusiam, de qua citata declaratio id non inficiatur, & alijs fortasse concedet) astringuntur, & commendantur, pedum scilicet nuditas, vestitus simplicitas, & asperitas, numerus preceptorum grauium non exiguis, & similes, quæ in ordine Minorum videntur. Praterquam quod religionis arctitudo ex alijs obseruantib[us] eo difficilioribus, quod interioribus maximè est metienda; vt tractatu sequenti, lib. i. cap. 9. vberius ostendemus.

XVI.

Tertia.

pite dicta sufficient. Reliqua ad hunc ordinem spe. Etantia, sc. de creatione Prælatorum, deque eorum officijs, & obligationibus, sive regulis, de forma Capitulorum, ac judiciali correctione minutius persequi nostrum non est: ac sepius citato lib. Constitutionum traduntur accuratè.

C A P V T VII.

*Virum religio Minorum una si ex men
dicantibus: & quam originem,
& institutionem ha
buerit?*

Sacra Minorum religio Dominicane germana so-
ror est, eodemque ferè tempore nata, & vinculo Diu-
charitatis iam olim tam in suis parentibus, quam Matri
in filiis coniunctissima. Authorem habuit Seraphicus
cum Patrem Franciscum Afnisianum, qui post con-
uersiōnem suam singularis sanctitatis prodigium
fuit, & notum humilitatis, ac mundi contemptus
exemplar. Hic ergo gloriissimum Patriarcha om-
nis ijs, quæ ad initia conuercionis, & vocacionis
eius pertinent) de noua religione instituenda deli-
berauit ac decreuit anno Domini 1209, qui annus
(quod mirabile est) vigesimalis septimus erat ætatis
illius, & quintus à sua conuercione, quia natu dicti-
tus anno 1182, & anno 22. ætatis sua fuit conuersus
ad Dominum, hoc est anno 1204. Post quinque ga-
tū annos socios habuit, & de religione instruenda
traçauit, ac regulam scripti, tandemque ad In-
nocentium III. cum duodecim socijs deceperit sui
ordinis confirmationem supplicatus. Et licet in
principio repulsa passus fuerit, tandem diuina re-
uelatione Pontifex commotus, illam concessit an-
no Domini 1212, non quidem solennem, nec literis
consignatam, sed viuis vocis oraculo. Et D. Anton.
3. p. titul. 23. cap. 1. dicit solum fuisse velut permis-
sionem illius status pro tunc; tamen reuera extu-
fuit constitutus verus status religiosus. Et Francis-
cus cum socijs in manib[us] Pontificis solennem pro-
fessionem fecit, fuitque à Pontifice Generalem con-
stitutus.

Hinc verò factum est, vt licet ordo Prædicatorum approbatu non fuerit, vtque ad primum an-
num Honorij, nihilominus antiquitate præcellere, manu-
censeatur, semperque in iure prius nominetur, ubi in mun-
cumque finu nominantur cap. in iu. Et D. Anton.
3. p. titul. 23. cap. 1. dicit solum fuisse velut permis-
sionem illius status pro tunc; tamen reuera extu-
fuit constitutus verus status religiosus. Et Francis-
cus cum socijs in manib[us] Pontificis solennem pro-
fessionem fecit, fuitque à Pontifice Generalem con-
stitutus.

Et in 6. cap. quorundam, de elect. in 6. cap. confessio. rem
tionem. de regul. in 6. Clement. dudum de regulare.
Nam ordo Minorum absolutum approbatu

& literis consignatam non habuit, vtque ad octauum annum Pontificis Honorij, hoc est, anno

Domini 1223, osto item annis post finitem Prædi-

catorum confirmationem, atque ita hic cordo fuit

secundus, qui hoc confirmationis genus in Ecclesi-

a obtinuit. De fine autem huius sacri instituti in Beati

uenio in eius regula scriptu. Regula, & vita Min-
orum fratrum hac est, scilicet, Domini nostri Iesu Christi, in obedi-
entiam Evangelium obseruare, vivendo in obediens, in pri-
prio. Quæ verba valde generalia videri possunt,

quia omnes religiones perfectæ profertur vivere

secundum Euangelicam perfectionem cum illis

tribus votis. Exultimo tamen sanctum Franciscum

fuisse loquuntur de perfectione illa Euangelica,

qua complectitur etiam eiudem Euangelij predi-
cationem iuxta illud Luc. 9. Sequente me prout in-

frâ ab ipso Christo Domino exponitur. Tu autem redi-

, & an unitia regnum D[omi]ni. Est ergo huius religiosus

finis præcipuus perfectionem Euangelicam ferme-
re, simulque illam prædicare. Et hoc supponit, non

Franciscus in regula, dum cap. 9. intruit frates,

non solum verbo, quomodo prædicare debeant (nā & hoc vnum est ex opusculis quæ scripta reliquit, vt in tomo 13. Bibliotheca magna è pag. 348. vide-
re licet) sed etiam exemplo sepe ostendit: nam cum
primum de religione instituenda cogitauit, præ-
dicare cœpit exhortando homines ad peniten-
tiam, verbis quidem simplicibus, tamen ignitis,
& efficacissimis, quibus homines plurimum com-
moueberat, statim etiam ac spectatores sui instituti
habere cœpit, illos ad prædicandum misit, prius
etiam quām confirmationem primam ab Innocen-
tio obtinuit: vt in Chronicis eius legitur: Vifio et-
iam illa, qua diuinus fuit admonitus vt labantē
Ecclesiastis sustinere, plāne indicat non solum
vitæ perfectione, sed etiā predicatione verbi Dei,
& doctrina futuram religionem illam utlissimam
Ecclesiastis, ac proinde ob eundem finem fuisse insi-
tuendam.

III.
Depositorius
eius modo
quid est
maxima
pugnare.

Praefertim verò ac singulari modo profitetur
hæc religio perfectionem Euāgelicam, quoad pau-
pertatem, & nuditatem Euāgelicam, quia nihil
proprium non solum in particulari, verum etiam
neque in communī admittit ex vi regula. Sic enim
intelligunt cap. 6. suæ regulae, quod sic habet. *Fratres
nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquid.*
Constat enim hoc nō tantum de singulis dicti, quid
enim necesse fuisset fratribus, ne domos, aut
loca singuli sibi appropriarent. Intelligitur ergo
de vniuersis, & de tota communitate, & ideo sub-
ditur. *Sed tanquam peregrini, & adueniāt hoc secūlo in
paupertate, & humilitate Domino seruientes, vadant pro-
leemojynis confidenter.* Et in cap. 4. hanc paupertati
restrinendo, prohibentur fratres eleemosy-
nas petentes ne pecuniam recipiant, sed res alias
victui, aut veltui necessarias. Atque in hac
excellenta paupertatis multum eminet hæc sacra
religio inter alias. Fuit enim prima omnium, que
hoc genus paupertatis in communī professa est:
nam religiones, quæ præcesserunt ante mendicantes, illam non seruabant, sicut nec nunc seruant.
Religio autem S. Dominici ex vi primæ initia-
tionis, & approbationis illam non coluit, vt suprà
lib. i. cap. 8. num. 8. ostendi: neque vlla ex religionibus,
qua sub regula S. Augustini militat, ex vi re-
gula illam seruat. Religio autem Carmelitarum li-
cer ex aliquorum sententia id habuerit ex primi-
tia regula, tamen neque id certum est, neque quo-
ad res omnes, vt infra cap. 10. ostendemus. Est ergo
hæc singularis prarrogatiua S. Francisci, & ideo
fortasse Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de regulari-
bus, cum omnibus religiosis faciat facultatem ha-
bendibona in communī, Minores excipi, vt præ-
cipuum illam regulam, & institutionem illibata-
seruaret.

IV.
Blandiis
maxime pro
missus ex
mendicantibus
Declaratio
recitatione
cum ordine
Festigatio
rum.

Atque ex his constat religionem hanc esse vnam
ex præciuis mendicantibus, & quadam ratione
maxime pro summae proprietate, & singularitate hoc no-
men sibi vñpurare. Probatur, quia ex duabus condi-
tionibus, quas diximus de facto postulari in
religionibus mendicantibus, scilicet, vt vitam
misericordiam profiteantur, & paupertatem in com-
muni, vtraque in hæc sacra religione sati perfec-
reperit: vt ex dictis patet. Et declarari potest per
comparationem ad religionem Prædicatorum:
habent enim se sicut excedens, & excessum in a-
liis duabus conditionibus. Religio enim Prædi-
catorum ex parte finis excedit, quia principalius,
& magis ex se videtur prædicationem intenderet. I-
tem in hoc quod præcipue videoetur contra hereti-
cos, & ad fidei defensionem instituta: Religio
verò S. Francisci magis ad communionem Chris-
tianum populum ad penitentiam agendum, & ad
mundi contemptum: quæ differentia in ipsis etiam
fundatoribus cernitur: nā prædicatio S. Dominici
Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

maximè fuit contra hæreticos, & inde sumptue
occasione fundandi religionem suam: prædica-
tio verò sancti Francisci simpliciter fuit ad curan-
dos, & purgandos Catholicos, & licet ex seruore
spiritus voluerit etiam, & procurauerit inter infi-
deles prædicare, tamen ex diuina revelatione sta-
tim ad suos rediit, quia reuera illa erat propria
eius vocatio, & à Deo intenta, vnde etiam circa li-
terarum studium diuerfos haberunt spiritus illi
sancti Patriarcha. Nam Dominicus literarum stu-
dium præcipue suis alumnis commendauit. Fran-
ciscus verò in capite 10. suæ regule præmonuit, vt
qui literas nescirent, illas non discans, vterque au-
tem prudenter agebat eligens medium suo fini ac-
commodatum. At verò in mendicitate, & pauper-
tate excedit Minorum religio, tum quia, vt dixi, ex
regula præfiter paupertatem in communī, quod
alii sic non habent, tum etiam, quia in ipsamer pauper-
tate in communī, singularem, magisque rigorosum
modum in multis obseruat, tum etiam, quia
in exteriori habitu maiorem quandam pauperta-
tem pra se fert.

Præter hæc, quæ sunt velut substantiales pro-
prietates huius religionis, habet etiam plures ob-
seruantias, ad vita rigorosa perfectionem perti-
nentes, quas etiam magna ex parte ex vi regule
seruare tenet. Nam quod ad corpus attinet, præ-
ter habitus asperitatem, & tenuitatem, calceau-
mentis solū ob necessitatē vtuntur, iuxta cap.
1. suæ regule, & pedestres incedunt iuxta cap. 3.
nisi necessitas, vel infirmitas cogat. A festo omnium
Sanctorum usque ad nativitatem Christi Domini
ieiunant, & ad ieiunandam aliam quadragesimam
ad die Epiphaniae numerandam cum benedi-
ctione inuitantur, licet non præcipiantur; qua ie-
iuniorum obseruantia aliam Prædicatorum de ab-
stinentia à carnibus in communī refectorio satis
compensant. Et iuxta hæc seruant eandem austeri-
tatem in lecto, & in alijs corporis afflictionibus. Et
ad nonnullas alias, per constitutiones, & consue-
tudines obligantur. Vnde concluditur religionem
hanc non solum ex fine, & medijs esse valde perfe-
ctam, sed etiam esse satis arctam, & austera. Nec
desunt multi ex professoribus eius, qui cæteris o-
mnibus perfectionem, & austriorem appellant,
sed hæc comparationes semper sunt odiose, pa-
rumque viles ipsi sunt religiosi, ac professoribus
cuiuscumq; religionis. Nam vt ipsi non solum con-
tentissim vocazione sua, sed etiam ad illam fint im-
pensè affecti, satis est, vt dignè, ac perfectè de sua re-
ligione sentiant, etiam si alijs eam præferat. Quam-
uis ergo hæc religio ex fine suo valde perfecta sit,
& media habeat illi consentanea, & austera satis
vitam profiteatur, & in multis rebus alias exce-
dat, non est tamen dubium, quin supereretur in alijs,
qua omnia exactè ponderare, & ferre absolutum
de comparatione iudicium, difficultum esse ex-
stimo.

Quoniam verò religio hæc in illa celistidine
paupertatis, quam à suo authore accepit, princi-
paliter fundata est; (nam per illam promissa est
professoribus eius virtutem sublimitas, & har-
milia unde
varia Minas
ritarum fa-
citas regni colorum in capite 6. suæ regule) hinc orta-
factum est, vt in zelo, vel tædio huius paupertati
religio sit in plures quodammodo diuisa, dum
quidam tam arctam paupertatem male ferunt, alij
pro illa amulantur. Paulò enim post Diuī Franci-
aci mortem ab Innocentio IV. circa rigidam illam
paupertatem dispensationem obtinuit, & annuos
reditus ac immobilia bona in communī habere
cepit, & per plures annos tota ferè religio in eo
statu durauit. Nunquam tamen defuerunt primi-
tia regula, ac paupertatis zelatores, & obserua-
tores, qui se à reliquis segregarunt. Nam quidam
F f
fra-

frater Cæsarius cum paucis sectatoribus loca separata, ac solitaria petuerunt; ibique succelsione continua per sexaginta, & eo amplius annos à reliqua Franciscana familia separati vixerunt. Non constat autem mihi omnino certò an sub obedientia eiusdem Generalis, vel Provincialium viverent, vel omnino per se congregationem disiunctam constituerent, illud autem prius probabilius videatur, quantum ex monumentis eiusdem Ordinis diligenter Reuerendissimi Patris Fr. Francisci Gonzaga colligere possum. Postea eodem spiritu separati sunt alij, qui Clarenzi dicti sunt, & delicta Summi Pontificis Celestini V. omnino ab obedientia religionis exempti eremiticam vitam sub regula sancti Francisci vixerunt, qui tandem postea ad obedientiam, & unione totius religionis redire, licet in vita austeriori, & pauperatis puritate perseverauerint, & separatam prouinciam per se constituerint, itèr sub eodem Generali. Postea verò tempore Clementis VI. noua reformatio in hoc ordine inchoata est, & per Italiā, Galliam, Hispaniam paulatim crevit, & in duas principales familias totus Ordo diuisus est, quarum altera proprietatem in communī retinuit, & Conuentualium dicta est, altera repudiavit, & vocata est de Obseruantia, ad quam omnes alia varijs nominibus nuncupatae redactae sunt. Et in principio quidem vtraque familia vni Prelato generalissimo parebat, qui ex Conuentualibus, vlt que ad Leonem X. eligebarat, sub Leone autem X. translatum est sigillum ad Obseruantiam, ex qua Generalis totius ordinis eligi coepit, qui nomen Ministri Generalis retinuit. Ex Conuentualibus autem copit eligi proprius Generalis, qui magister appellatus est, supremam etiam iurisdictionem habens, similemque confirmationem sive electionis à Ministro generali recipiens, ex praescripto Leonis X. qui familias has in hanc concordiam redegit, sub certis conditionibus, quas peculiari bulla expedita declarauit; atque in eo statu usque in hodiernum diem duas illas familias permanent; quibus postea tertia adiuncta est, quæ Capucinorum dicitur, & ex Obseruantia prodidit, suumque quoad nonnullas prouincias, proprium Generalem haberet, & in communī paupertate, ac tota regula sancti Francisci de Obseruantia conuenit, solumque differt, quia simpliciter, & fine declarationibus eam obseruat, & asperiori aliquo modo, habitu, & forma capucij aliquantulum diversa veitur.

VII.
Hac varie
ras arduita
tem n' insti
tuto Franci
scano ar
guis.

Sed haec diversitas non tollit religionis unitatem sicutem specificam, vt sic dicam; nam numericas, & morales aliquo modo auferre videtur, quia salteria unitas capitii, seu Generalis non retinetur. Non tamen hoc indicat imperfectionem instituti, sed potius arduitatem, & difficultatem, quam mirum non est, in tanta hominum multitudine non ab omnibus & quæ feruari, & adamari, sed illud potius magna laude dignum est, quod tot sint, nunquamque desine illius perfectionis zelatores, quamquam fieri potest, vt qui dispensatione illa circa paupertatem in communī vti voluerunt, non remissione animi, sed bona intentione, & probabilis opinione mouerentur, ad maiorem spiritus quietem, ac securitatem id conferre existimantes, sicut alia multe religiones mendicantes fibi expedire iudicarunt, nec ob id creduntur à perfectione desecisse, quia paupertas per se non est regula perfectionis, sed quanta, & qualis ad perfectionem magis deferire potest. Verum est tamen peculiari ratione in hoc instituto Dñi Francisci zelum, & custodiam paupertatis in communī valde esse conformem spiritui, & vocationi talis religionis, ac proinde

præferendum esse ceteris paribus, ideoque non solum speciali prouidentia Spiritus sancti Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de regulari. cum omnibus religionibus concedat facultatem habendi bona immobilia in communī, non obstante quacunque regula, exceptis Minores, Capucinos, & de Obseruantia, tanquam specialiter ad hanc paupertatem va-

Hic verò occurrerant variae difficultates, quæ circa hanc paupertatem Minorum ortæ sunt; & duabus autem hæ difficultates in varijs decretis de verborum significacione circa p. 6 in Clementina & extra. Ioann. XXII. Sunt autem hæ difficultates in triplici differentia; quædam spectant ad paupertatem in communī, prout per se conuenit omnibus religionibus mendicantibus, & hæ tractatæ sunt a nobis sufficienter superiori tom. agendo de voto paupertatis. Aliæ verlantur circa paupertatem quæ excludit dominium rerum omnium etiam mobilium, quævis consumuntur; quæque videtur esse propria Franciscanorum; & difficultates huc spectantes magis videntur speculatiæ quæm Morales, ut apud quem sit talium rerum dominium; & quomodo in rebus, quævis consumuntur, separantur visus, & dominium, ita vt non habeat dominium, qui habet visum pro sua voluntate. Quibus questiones etiam illæ adiunguntur, An Christus, & Apostoli aliquid proprium in hac vita habuerint, & an illa carentia omnis dominij ad maiorem perfectionem pertinet. Quas omnes in supradicto loco pro opportunitate sufficienter attigimus, & in tom. 2. p. 12. de Christi Domini paupertate disserimus. Et nouissime eas questiones eruditæ tractat Ioan Azor. in tom. I. vii. Institutionum lib. 12. cap. vii. Tertium caput dubitationum esse potest, & adhuc magis proprium huius religionis; quod versatur circumspectum facti, & habet fundatum in proprio regulâ S. Francisci.

Vnum autem ex precipiis dubiis est, circa cap. 4. vbi sanctus Franciscus firmiter præcipit, ne siu[m] nachi pecuniam recipiant per se, vel per interpolatam personam, an hoc sit præceptum, & hæc sit ipsius materia voti paupertatis specialis huius religionis, quænam verba regulae hoc videntur sonare, & ita etiam sunt à Pontificib[us] explicata; visus autem videtur aliud indicare, & pro humanis necessitatibus videretur moraliter necessarium. Sed hic articulus latissimè declaratus est à Nicolao IV. in cap. xxii. §. ceterum, & à Clemente V. in Clement. exi. §. xxxviii. Summa est illud quidem esse præceptum, & maxime voti paupertatis, ita tamen esse intelligendum, vt liceat per tertias personas elemosynam in pecunia recipere, & habere cum nonnullis mutationibus; & præcipua sunt. Prima, vt pecunia intelligatur manere semper sub dominio dantis elemosynam, quamdiu est in manu tertii personæ, ita vt possit ab alio liberè reperi quædam in pecunia, ita vt possit nec administrari tanquam propria. Item non possit rationem eius exigere, fed fidei, ac conscientia depositarij rem totam committere, non peccabunt tamen (vt opinor) literari, vt Dominus pecuniam rationem à Commisario petat pecunia fibi creditæ, quando viderit expedire, quamvis regulariter caudum hoc etiam sit, præsertim si dans elemosynam tales fibi à principio non referuntur respectu communis. Tertia est, vt solum pro necessitatibus vobis responatur, & expendatur, non ipsorum fratrum monastre, quorum pecunia non sunt, sed eius, qui elemosynam contulit, ita vt si necesse sit contrarium facere, non fratres dicantur emere, & dare pecuniam, sed alius emat pro fratrum vobis.

X. *An possint
Minores
contrahere
muni cito-
bina.*
Quarta prohibetur ibi mutuo accipere pecuniam etiam per procuratorem, quia per mutuum transfertur dominium in accipientem, & manet obligatio soluendi apud eundem: utrumque autem repugnare constat huic regulae, si tamen necessitas virgat, & defint eleemosynas, conceditur eis, ut possint pecuniam per procuratorem recipere offerendum curam, & diligentiam procurandi eleemosynas, quibus illi satisfracti, sine obligatione propria, hoc enim in rigore non est mutuum, sed quedam eleemosyna, quamvis cum aliquo onere paupertati minime contraria.

Quæ vero obiter potest, an res alias, quæ pecunia non sunt, possint mutuo recipere cum obligatione ex iustitia ad soluendum; quamvis enim ex parte materie non ita sit eis prohibitum alias res accipere fecerit pecuniam, tamen ex parte obligationis videtur sequere repugnare paupertati in virtute generis rerum. Et timile dubium est, an possint credita pecunia emere huiusmodi res, sive mobiles sive consumptibles, aut permanentes vel se mouentes, sive etiam immobiles, ut terram, sive paumentum ad fundandum domum vel Ecclesiastem, aut hortum, &c. Respondeo nunquam posse ita emere aliquid credita pecunia, ut ipse etiam in communione obligentur ad soluendum illud ex iustitia in pecunia, quia hoc planè repugnat eorum instituto, quia non possunt illam obligationem implere, nisi accipiendis pecuniam, & suo nomine solvendo. Quod si aliis prius solutores est, non possunt illi obligari de iustitia ad factum alterius; solum ergo possunt promittere diligentias procurandi eleemosynas, quib. talis res solvatur. Quando vero res mutuo accipit soluenda in eadem specie, vel etiam si in alia specie, quæ non sit pecunia, soluenda sit, alia commutatione interueniente, tunc directè non sit contra hanc regulam de non accipienda pecunia, in qua nunc versamur; tamē aliunde videtur repugnare illa obligatio statuti paupertatis in communione, sicut enim priuatim religiosus obligari non potest, quia nihil habet proprium priuatim, ita communis, quæ nihil habet proprium in communione, obligari non potest ad quæcumque bona temporalia reddenda: & reuera ita est, si obligatio sit pure personalis; quia nemo potest obligari ad dandum, quod non habet, nec quod sperat habere solum ex eleemosynis. Possunt tamen obligari altero è duobus modis. Primo si quis obligatur intelligat inuolui condicionem, sì per eleemosynas obtinere posse in abo, quædatur sunt. Tunc enim non obligatur ad impossibile, & aliter non decipitur. Secundo si obligatio non sit pure personalis, sed realis, saltem implicita, id est, si iam habeant res alias eiusdem valoris, & pretij, per quas possint in omni euentu satisfacere: nam licet non sint earum Domini, habent tamen absolutam administrationem earum, unde possunt illas obligare, sicut possunt etiam in casu necessitatis calicem vel rem aliam preciosam in pignus dare, & similia.

XI. *Pontificatus
Pugnatio
declarationis
de aliis, q. q.
aliis minori-
ta accepit.*
Cætera quæ hic dubitari poterant, in citatis decretri satis attinguntur & declarantur, & in superiori tomo agendo de paupertate à nobis allata sunt. Solum hic aduerto illas declarationes Pontificum circa hanc Minorum paupertatem, solum fratris de Observantia esse vñi, nam conuentuales maioribus dispensationibus vtuntur, cum propria bona in communione habeant: Capucini vero proficiunt se nudam obseruare regulam, & illis declarationibus renunciant. Nam in hoc maximè dicuntur ab Observantibus distinguiri. Videant ergo ipsi quid vocant, & quo sensu, illudque obseruent, mihi enim de eorum more, aut vñi non satis constat. Non possunt tamen declarationem aliquam Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

non admittere, quia votum & lex debet esse de re certa & clara. Solum ergo possunt non admittere declarationes illas, quatenus aliquid de iure humano & arbitrariis inuoluunt, quod minorē fortè rigorem in dicare videtur: in quo potuerunt ipsi maiorem rigorem eligere; necessarium verò est, ut in hoc aliquid certum, & stabile declaratum habeant, ne conscientiae facile ligentur, quod in tanta communitate, & in rebus quæ quotidie præ manus habentur, & necessariae sunt, facile potest contingere.

C A P V T VIII.

De origine ordinis eremitarum S. Augustini.

I. Hæc tenus de proprio ordine monachorum à D. Augusto, instituto nihil diximus, sed reseruauimus, quia non est adeò manifestum D. Augustinum instituisse huiusmodi ordinem, quin aliqua inquisitione, & disputatio indigat: Et licet fuerit institutus, nunc tamen velidem non maneat, vel non sub pura, seu speciali ratione monachus, id est, sub instituto vita solum contemplativa, & Eremita; sed mixta, & sub nomine a ratione mendicantis religionis, qualis nunc est sacra religio, qua Eremitarum sancti Augustini appellatur. De antiquitate ergo, & origine huius ordinis multa sunt ab scriptoribus præsertim eiusdem ordinis scripta, & disputata in defensionem sua antiquitatis, quibus nos nihil addere possumus, neclitem cum alijs intendere volumus, sed ea tantum, quæ probabiliora videntur proponere, ac institutionem, authoritatem, & perfectionem huius ordinis, quæ sine dubio magna est, breuiter declarare.

Primo ergo probabilius existimo Beatum Augustinum statim à principio conuersionis sue reliquias vitam professum fuisse. Id enim non obsecrū colligitur ex verbis eiusdem in libro 8. & 9. num post Confessionum; nam in libro 8. ca. 6. & sequentibus commemorat internum bellum, quod adhuc Catechumenus patiebatur, deliberans de statu quem post baptismum accepturus erat, matrimoniis scilicet, vel coelibus; nam ad rem vxoriam & secularia negotia propensus erat, aliunde autem exemplis, & verbis Sanctorum ad perfectionem factandam excitatatur. Tandem vero in cap. 12. diuinam inspirationem, & mirabilem vocationem referit, quæ tractus, & adiutus iam non solum Christianam, sed etiam perfectam vitam sequi firmiter elegit. Quam cum matre narrasset, loquens cum Deo, Exultat (inquit) & benedic tibi, qui potes efflentia quam primus, aut intelligentia facere, quia tanto amplius fibi, à te concepsum, de me videbar, quam petere solubat mierabilibus eius fibilibusque gemisibus. Conuersisti enim ita me ad te, vi neque vxorem quæarem, nec aliam quam spem seculi huius, stans in ea regula fidei, in qua me ante tot annos et reuelaveras. Hoc ergo est, quod Deus Monica concessit, vlera id quod petebat; illi enim conuersione Augustini ad fidem solum postulabat, Deus autem etiam conuersionem eius ad sequendam perfectionem concessit. Et hoc est quod subdit; Conuersisti lucum eius in gaudium multo ruerius quam voluerat, & multo clarius, atq. astius, quam de nepotibus carnis mea requirebas. Et lib. 9. cap. 1. magis explicans hoc propositum adeò perfectum, & firmum, ut iam veluti opere consummatum (ait) Iam liber erat animus meus à curia mordacibus ambiens, & acquirendi, & volutandi, atq. scalpendi scabiem libidoque quibus verbis perfectissimam renuntiationem seculi expressit, quoad illa tria, quæ per tria religionis vota abnegamus, scil. propriam voluntatem, seu dominandi libidinem, diuitias, & corporis voluptates. In cap.

autem 2. huius libri magis declarat contemplati-
uam & monasticam, seu solitariam vitam elegisse,
& ideo inquit de creuisse munus docendi rhetori-
cam relinquere. *Sagittaueras (inquit) tu cor nostrum
charitate tua, & gestabamus verba tua transfixa visceribus,*
*& exempli seruorum tuorum. Et infra. Plena voluntas pa-
candi, & vivendi, quoniam tuis Dominus, aborta mihi sit
atque firmata, nos! Deus mens.*

III.
*Nec multū
id distulisse
conceperis
etiam suā
datur.*

Ex his ergo intelligi potest Diuum Augustinum, vel in ipso baptismino, vel non multo post religio-
sam vitam professum esse. Probatur, quia firmo-
proposito, & magna Dei vocatione, iam illam
conceperat, vt declaratum est: ergo non est veri-
simile, post baptismum executionem multum di-
stulisse. Probatur consequentia. Primo, quia talis
dilatio, vel non fuisse sine aliqua culpa, vel
non sine magna remissione animi, & imperfe-
ctione, quam certe si Augusti, commisiteret, in con-
fessionibus suis recognouisset & indicasset. Nam
libro 9. capite 2. cūm haberet à Deo inspirationem
omittendi publicum legendi munus, vt Deo vaca-
ret, & per aliquot dies distulisset executionem, ob
causam satia apparentem, & rationabilem, illam
dilationem tanquam alio modo culpabilem recon-
gnoscit, & à Deo veniam petit, quid ergo factu-
rus fuisse, si post baptismum viam perfectionis in-
gredi distulisset. Secundo ad huiusmodi statum
iam ante baptismum se præparauit, tum relin-
quendo munus officij publici, quod per se cum ba-
ptismo non repugnabat: tum colligendo se cum so-
cijs in villam, vbi Deo, & considerationi rerum di-
uinarum vacaret, vt ipse refert libro 9. Confessio-
num capite 4. nullumque impedimentum habuit,
vel à socijs, vel à matre; nam omnes mirum in mo-
dum illo genere vita latabantur, & ipse diuina a-
more flagrabat, qua omnia ipsomet refert, quæ
igitur causa dilationis ex cogitari potest. Tertiò ex-
pendo, quod eodem lib. cap. 3. de Nebridio refert
cum Deo loquens, & dicens, *Quem non multo post
conuersinem nostram, & regeneracionem per baptismum
tum, ipsius etiam fideli Catholicius castitate perficit.* Ita
aque continentia tibi seruendum in Africam apud suos, cum
totadomus eius per eum Ch. ist. an fidei effet, caro soluisti.
vbi expendo verba illa, castitate, & continentia perfe-
cti tibi seru enim; nam clare significant statum fir-
mum vita continentis, & consecrata ad perfectè
seruendum Deo. Pondero etiam illam coniunctio-
nem ipumeriam, supponit enim, se & socios suos,
quos Nebridius imitabatur, eadem castitate per-
fecta, & continentia seruuisse Deo post suam regene-
rationem.

IV.
*An is vivendi
modus fue-
rit propriè
religiosa
professio.*

*Quod ad casu-
ratem veri-
tatem ser-
vire.*

*De pauper-
tate incer-
tum.*

Hæ igitur conjecturæ satis, vt opinor, suadent,
Augustinum simul cum baptismo viam perfectio-
nis, & statum continentiae amplexum esse. Nec
vero continuo, & sine maiore probatione affirmauerim, illum statum fuisse propriè religiosum
per tria vota præsertim solennia, prout nunc fit.
Credibile quidem mihi est, statum continentiae
firmo, ac deliberato animo deliberasse, & fortasse
etiam Deo promisisse; nam hoc mihi indicant illa
verba quæ suprà ponderauit, castitate, & con-
tinentia perfecta. Imò verisimile censeo votum hoc
continentie etiam ante suscepsum baptismum
adhuc Catechumenum emisse; nam hoc satis
ipse indicat in ultimis ferè verbis libri 8. Confes-
tionum. De voto autem paupertatis, vel obedi-
entiae nihil affirmare possumus, saltem de eo tem-
pore quo Augustinus fuit in Italia, priusquam in
Africam rediret, quia nec Possidius in vita Augus-
tinii, neque Augustinus ipse in Confessionibus,
neque in alijs libris quicquam de hoc significat,
imo Antoninus ait, Augustinum reuersum in pa-
triam, ex patrimonio suo domum in cromo edificasse
pro se & socijs suis, & reliqua in pauperes

distribuisse: ipse vero Augustinus sermon. i. qd
communi vita clericorum scribit, tenuem suam
substantiam vendidisse, & pauperibus erogare:
vnde constat superiori tempore nondum se expo-
lisse omnibus bonis, vel dominio illorum, quan-
tus habere potuerit propositum, & votum dimen-
tendi omnia quamprimum commode posse, & in
vslis pios & paupertati consentaneos; an vero ita
fecerit, scriptum ab aliquo antiquo, vel satis inde
digno authore non inuenio. Magis autem inter-
venit mihi est obedientia votum, quia neque in missa
monasterio aliquo ex his, que ante ipsum erant, nec
que in manibus aliquicunque illud emisse, vel Mediolani,
vel Romæ, vel in alio Italia loco legimus, nec in
congregatione, seu familia sua videtur eo tempore
talem viuendi modum habuisse; oportuit enim ap-
probante aliquo Episcopo talem vita modum in-
choari, & in manibus eius votum obedientię emit-
tere, quod fine dubio non fecit. Quod etiam ex
modo, quo idem Augustinus in citatis libris con-
fessionum de se, & de suis amicis, & de suo reditu in
Africanam loquitur, non obscurè intelligitur, vnde
Possidius in vita Augustini, c. 3. sic inquit. *Ac placuisse
percepta baptismi gracia cum divino cunctus. & amicis suis
pariter seruientibus ad Africam & propriam domum agri-
remere. Quæ verba indicant totam illam familiam
fuisse laicam, & liberam ab obedientia iugo, Deo
tamen seruentem, & inter se amicitia, & charitate
coniunctam.*

Neque aliud significasse existimo, quod Moni-
ca sanctissima iam morti vicina filio dixit, *Vnde Teatis
refert libro 9. confess. capite 10. Vnde etiam possidius
quod in hac vita aliquam immorari sapiebam, ut te
Christianum Catholicum viderem prius quam moreris, ut
mularis hoc mihi Deus meus praefecit, vi te etiam contem-
pla fuisse terrena seruum eius vidam. Quo vltimo
verbo indicare videtur illum iam fuisse religio-
sum, sed, licet non sit verum latè loquendo, quia
iam profitebatur viam perfectionis, & conuenientia,
& decreuerat seculares curas relinquere, vt
explicimus; tamen quod monasticam vitam pro-
priè sumptum iam tunc proferetur, non fatus inde
colligitur. Quamvis credibile sit Augustinum iam
concepisse proprieatum illius vitæ, tamen, cum es-
set, quasi in via, & in reditu ad patriam, non vide-
batur tempus aptum, & commodum exequendi
omnino, & quasi consummandi illud propositum,
præseruit viuente matre; & ideo verisimilius etiam
est illam executionem distulisse usque ad redi-
tum in Africanam.*

Non desunt vero qui putent Diuum Augusti-
num similis cum baptismo accepisse de manu Am-
broſij monachi habitum: nam in quodam sermone *contra
inter sermones Ambroſij, sic Ambroſius logi-
tur de Augustino. Nouum Ch. istam non nūfinitus in Africam
cucullia nigra invenimus, cingulo ex corio non nisi prædicta
sunt, quod Simplicianus noster in genit. Latini donavit. In his
quam sententiam ob autoritatem Ambroſij de-
scendit Antoninus 3. p. historiali titul. 2. capite 14.
§. 2. vnde facilè potest quipiam addere, tunc etiam
Augustinum religiosorum vota in manu Am-
broſij emisse. Veruntamen sermo ille expunctus tem-
est ab operibus Ambroſij Romæ impensis, & ma-
gna diligentia emendatis, omnibus suppositis inde
peribus reiectis. Et Cæſar Baronius como 4. an. 2000.
no 388, grauitate reprehendit imperitum (vt ipse
quod illius sermonis fictorem, primum, quia
ineptè finxit, cum eius stylus omnino sit alienus ab
eloquentia, grauitate & sententiarum pondere
Ambroſij. Secundò, quia facilè potest mendaciter
dargui, duo enim aperte falsa dixit; unum est quod
Augustinum Carthaginem vocat, cùm confite-
fuisse Tagastensem; aliud est, quod illum dicit
fuisse conuersum à Gentilium cultu, cùm tamē
certum*

certum sic nunquam coluisse idola, licet in alijs erroribus verfatus fuerit. Veruntamen haec duo aliquo modo colorari possunt dicendo, Africanos omnes interdum fuisse vocatos Carthaginenses à Metropoli Ciuitate, vel Augustinum ita fuisse vocatum quia Carchagini multo tempore vixerat & docuerat, & vnde immedieat venerat cum difcessit ex Africa. De cultu autem Gentilium conuersus dici potuit, non propter dololatriam, sed quia fine fidei, & baptismi tanquam gentilium quidam philosophus, & Academicus de Deo opinabatur. Illud vero difcicilis potest ad verum sensum trahi, quod ibi dicitur, sèpius Ambrosium tentasse Augustinum, & cum eo disputasse, & è conuerso Augustini disputationis fuisse acrimonia, & vehementia Ambrosium vicerisse, cum tamen Augustinus ipse lib. 6. confessionum cap. 3. & 11. dicat sibi non fuisse datam copiam sciscitandam ab Ambroſio, quia cupiebat, nisi cum magna breuitate, quia non pacabat Ambroſio.

VII. Ex quibus planè incertum redditur quod de cuculla nigra dicitur, saltem quod id fuerit ab Ambroſio scriptum, nam utrum in re ita fuerit, ignoratur. Et coniectura est non ita fuisse, quia erat vniuersalis consuetudo baptizatos indui albis vestibus, ut idem Augustinus sepe commemorat lib. de fide, & symbolo, & lib. de catechizandis rudibus, nullamque mutationem consuetudinis in suo baptismo factam aliebi indicat, quâuis baptisimi lauacrum ministerio Ambroſio receperis commemorat lib. 1. contra Iulianum cap. 3. Ad hoc tamen responderi potest super cucullam nigrum impositionem fuisse Augustino candidam vestem baptizatorum. Sed licet hoc contingere potuerit, etiam est præter morem, quia ipsamet vñus vestis soleretur candida, ut nunc Roma in neophytes conspiciatur. Denique aduento Antoniūm ex sermone Ambroſii longe alter verba illa referre dicentem, Hanc Christogenū, & postquam baptizauit eum, induit cucullam nigrā, & ipse ad differentiam monachorum se cinctus zona pergens ad Simplicianum, &c. Ex hoc ergo sermone nihil affirmare possumus eorum, quæ in illo referuntur.

VIII. Nec maiorem fidem faciunt alia verba, quæ idem Antonius refert ex eodem Augustino in quodam sermone ad fratres in eremo: Duodecim fumus fratres in eremo tres, qui induimus cucullam nigrā, & calceamenta, & rade predi zonam nigrā defuper cinctam ad differentiam monachorum. Nam hi etiam sermones incertam habent autoritatem, & in Authorem eorum grauior inueniuntur. Cæsar Baroniūs in tom. 4. ad annum Domini 382. & 385. & 387. & in Martyrologio 5. Ianuarij, & multi alii authores sermones illos, vt Augustinianos non recipiunt, quamvis interdum ab alijs sub nomine Augustini citentur. Et licet fortasse aliqui illorum sint Augustini, sicut olim inter eos ponebantur duo sermones de communī vita clericorum, quos constat esse Augustini, & num ponuntur inter sermones de diuerſis, siveque quadragesimus nonus, & quinquagesimus: licet, inquam, ita potuerint aliqui alii veri Augustini sermones ibi inseriri, ut lib. præced. cap. 2. num. 3. attigi, nihilominus certum existimo quanplures eorum non esse Augustini, quia multa falsa, & Augustino indigna in eis continentur; vnde fit ut omnes sint incerti. Quapropter illud testimonium de cuculla nigra, & zona ex corio, nullam inde autoritatem accipit, et ergo res incerta, & de ipso, seu pro ipso tempore baptisimi parum verisimilis, quid verò credi posset de reliquo tempore ante clericatum Augustini paulo post subiiciam.

Vnde etiam incertum esse reperio, quod Antonius supra refert, Augustinum postquam Mediolano decessit rediurus in Africam priusquam Ita- Franc. Suar. de statu relig. Tom. I V.

liam relinquenter, visitasse eremitas, qui erant in monte Pissano, & per aliquod tempus ibi moratude religioso esse, & postea visitasse alios eremitas qui erant in statu Augu- Centuncellis prope Romam. Adduntque alij Augustinum eo tempore, quo eremitas Pissani monans eiusq; ditum in Africam. Volaterra- nus lib. 21.

Hier. Rom. lib. 6. Rep. Christian.

verò visitando alios eremitas in Centuncellis se

cundam regulam eis tradidisse. Sed hæc à Possidio

in vita Augustini non referuntur, neque ab Au-

gustino in lib. Confessionum, aut alibi insinuan-

tur; nec videntur posse cum Chronographia, de

estate Augustini conuenire; nam constat Augusti-

num expleto 33. atatis anno, & 34. inchoato, ba-

pitzatum esse; ipse enim lib. 1. Soliloquiorum cap.

10. hanc atatem se habuisse dicit cum illud opus

scriberet, scriptis autem illud ante baptismum, ut

ipsem refert 1. retractationum cap. 4. Post bapti-

sinum autem statim Romam se contulit, ubi fal-

tem per annum commoratus est, tempus aptum

nauigationi expectans; nam ibi multa conscripsit,

qua ipse commemorat lib. 1. retractat. cap. 7. 8. & 9.

Et inter alia scripti libros de moribus Ecclesiæ Ca-

tholicæ, in quorum primo cap. 33. commemorat

monasterium quod prius Mediolani, & plura alia,

qua Romæ postea cognovit; de monte autem Pis-

fano, aut Centuncellis nihil memorat. Ait præter-

ea idem Augustinus 9. Confess. cap. 11. sanctam Mo-

nicanam matrem suam mortuam esse anno 33. atatis

eiudem Augustini, ubi potius legendum videtur

anno 35. vt constat exilio loco Soliloquiorum; er-

go non potuit Augustinus postquam Mediolano

difcessit, per duos annos commorari cum eremitis

Pissani montis, & Centuncellarum ante mortem

santæ Monice. Neque etiam verisimile est post

mortem matris retro redisse, & tam longas moras

fecisse; tum quia ipsem Augustin. lib. 9. Confes-

sionum cap. 10. de se, & matre inquit, Apud os

Tyberinapost longiusq; labore in latrabamus nos nau-

igationem; ergo cum hac intentione illuc perueni-

sent, licet mors matris post paucos dies acciderit,

non est per se credibile, neque illa ratio probabilis

apparet, ob quam Augustinus murauerit confi-

lum, & tam diuturnas moras fecerit: tum etiam,

qua in sermone primo de communī vita clericorum,

dicit inueniem fuisse, cum in Africam re-

didi; ergo verisimile est non excessisse 35. annum

atatis cum illuc peruenit. Igitur hæc omnia tan-

quam incerta, & ad huius religionis veram origi-

nem, seu antiquitatem explicandam tanquam in-

efficiacia relinquo, nec definitè assero Augustinum

ante redditum in Africam non fuisse monachum,

aut regulam monachorum non scripsisse, sed assero

hoc non constare satis fide digna historia, vel au-

thoritate.

Nihilominus dico secundò Augustinum reuer-

sum in Africam prius quam Presbyter heret, mo-

u. Assirio Augustinus congregasse, & instituisse. Hæc assertio non satis col-

ante presby-

ligerit ex Possidio in vita Augustini; nam in cap. teraturum mo-

3. solitum ait, Placuit si percepta baptisimi gratia cum aliis nibus fuit,

& amicis suis Deo pariter seruitibus ad Africam religionis

instituit.

curia se constitutis forme triennio, & si iam alienata

exclusarib; cum in qui eidem adhæbant, Deo viue-

bari tenitis, orationibus, bonisque operibus in lege Domini

meditans die ac nocte. Que verba indicant quidem

vitam satis religiosam, & perfectam, nondum ta-

men satis explicit proprium statum religiosum &

monachalem; nam illa omnia dici possent de illo

genere vita quod Augustinus Mediolani etiam an-

te baptismum inseparata villa inchoauerat. Vnde

Baroniūs in 4. tom. anno 380. de hac re tractans,

solum dicit rediens (scilicet August.) vera cum sociis

Alypius, & Eudoxius in patriam, quem conduxerant vita statum, cum adhuc in Italia essent, exercere cuperunt. Deinde vero resert verba Posidij, & in predictis verbis suis alludit ad relationem Augustini 9. confess. cap. 7. & 8. Ex quibus solum licet colligere cepisse in Italia amare cum socijs solitariam, & contemplatiuam vitam, in castitate perfecta, & quasi uile locum ad hunc finem aptum, & hac intentione in patriam remeasse, & statim ac illuc peruenit, prout potuit, opere compleuisse; an vero id fuerit cum monachali professione, non satis a dictis authorib. explicatur.

XI.
r. Probatio.

Nihilominus ipsemet Augustinus sermon. 1. de communia vita clericorum qui non dubitatur esse ipsius, nam citatur a Beda 2. ad Corinth. 8. & a Concilio Aquilagraniensi sub Ludouico Imperatore anno 1016. cap. 112. ipse, inquam, Augustinus satis ibi declarat statim ac peruenit in Africam, monasterium construxisse, in quo cum suis fratribus vitam communem, & Apostolicam ageret. *Inuenit* (inquit) *Venit ad istam ciuitatem, vi multis vesti inuenit, quarebam vbi constituerem monasterium, & vivi cum fratribus meis, si em quippe omnem seculi reliquiam, &c.* Dicit aliquis Augustinum non dicere contruxisse se illo tempore monasterium, sed quaevis locum vbi illud construeret. Sed licet expresse non afferat, nec etiam negat, & per se verisimile est non caruisse illo tanto tempore. Veruntamen in sequentibus verbis id planè supponit; ait enim: *Venit ad istam ciuitatem proprius videtur amicum, quem paucabat me lucrari ipse Deo, ut nobiscum esset in monasterio.* habebat ergo iam monasterium in quo cum fratribus religiosam vitam agebat, ad quam amicum adducere cupiebat, & hoc vocat lucrari illum Deo. Deinde refert ea occasione alium ppter esse ad statum presbyteri, in quo iam constitutus subiungit, *Non ait utrumque, non venit ad hanc Ecclesiam nisi in ieiunio in dumentis, quibus illo tempore reliquerat.* Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus, cogito institutos, & voluntates meas, beata memor sinec Valerius aedit mihi horum illum in quo nunc est monasterium. Ex quibus omnibus satis constat Augustinum adhuc laicum, monasterium unum construxisse, & alterum postea iam presbyterum, sed prius in eremo, seu loco ab oppidis separato, posterius in loco ciuitati vicino; nam illud prius colligitur ex illis verbis: *Venit ad istam ciuitatem proprius videndum amicum.* quia scilicet in loco separato habitabat. Posterior autem indicat cum subdit, *hic (id est, in hac ciuitate Hippionis ad quam loquitur) disponebam esse in monasterio cum fratribus.* Quod postea dicit denovo & diccasce, cum iam prius esset antiquius. Et (quauis hoc non explicet) verisimile est, non desfruuisse priorem domum, aut vacuam reliquiae transferendo fratres omnes ad nouum monasterium; sed cum paucis fratribus primi monasterij secundum inchoasse, alijs fratribus in alio relictis, prout in aliarum religionum initijs factum esse conspicimus, quod etiam ipse non obscurè indicat; nam de secundo monasterio subdit, *Capi boni populi fratres colligere comparsis meos nihil habentes, si usum habebam, sed imitantur mei, ut quomodo ego tenemus pauperitatem meam vendidi,* & pauperibus ergo, si facerent, & illi qui me um esse voluerint, ut de communi vneremur. Ait autem Posidius in vita Augustini cap. 5. Augustinum factum Presbyterum, monasterium intra Ecclesiam mox instituisse, & cum Dei seruit viuere cepisse secundum regulam sub Apostolis constituta. At vero Augustinus ipse in dicto sermone non dicit adiccasce monasterium intra Ecclesiam, sed in horto sibi a Valerio donato, in quo monasterium durabat, etiam postquam ipse erat Episcopus. & infra subiungit, *Peruersus ad Episcopatum, videlicet habere Episcopum exhibere humanitatem*

affiduam quibuscumq; venientibus, sive transuentibus, quod si non fac sicut, Episcopus inhumanes diceret. Si autem consueto sita in monasterio permisit esset, indecens esset, & ida volui habere in ista domo Episcopus monasterium diceret. Non ergo adiccasce Augustinus intra Ecclesiam monasterium, nisi iam factus Episcopus, & tunc non sine causa explicat fecisse monasterium clericorum, indicans prius fuisse monasterium monachorum, seu laicorum. Significat etiam diuersa fuisse illorum instituta; nam cum primo ait non decisus admittere in eo confuetudinem habendi frequenter hospites. De secundo vero supponit, non habuisse talen indecentiam, nam ad hunc finem illud construxit; erat ergo primum rigidioris vite solitariae, & contemplativae, eiusdem minirum instituti, cum alijs prius constructo in loco a ciuitate remoto. Aliud vero licet religiosum esset, era ramen vita (vt sic dicam) humanioris ad hospitalitatem accommodatae, & ad ministeria Episcoporum & proximorum.

Præterea colligo ex superioribus verbis habuisse Augustinum adhuc laicum in eo statu peculiarem habitum, qui nec presbyterorum proprius erat, nec vulgaris laicorum, sed tam honestus, ut a presbytero etiam retiniri posset, nam haec omnia mihi significant illa verba; non senti nesciū illi induitum, quibus eo tempore reliquerat; quando enim illa verba dixit August. iam erat Episcopus, in quo statu indumenta mutauerat, (vt indicat) antea vero eadem retinebat etiam in monasterio ciuitatis, quia si non fuissent speciales, & ab indumentis aliorum secularium distincta, non de illis tanquam de singularibus, & proprijs loqueretur. Qualia autem illa fuerint, aut cuius figura, vel coloris, sive nominis non explicuit, & ideo nihil certum in specie dicere possumus, quamus in genere non dubitem quin fuerint monachalia, propter ea quae iam subiiciam.

Colligo enim vltius ex eodem loco adiutatis alijs, Augustinum in illo primo monasterio propriam, ac perfectam monasticam vitam instituisse, quod probo primum, ex voce *Monasterium*, quæ propriè dicitur, & tunc maximè dicebatur, de habitatione monachorum. Secundò, quia ibidem ait professum fuisse cum fratribus voluntarii paupertatem, & professum esse vitam communem ad imitationem Apostolorum. Tertiò, quia idem Augustinus libro 3. contra Pelianum cap. 40. de illo hæretico sic inquit. *Perexit et maldeuo in usurpationem monasteriorum, & mors horum, arguens etiam me quod hoc genus vita a me fuisse institutum, quod genus vita omnino qualest nefarum, vel peccatorum, vel iniquorum, vel ire efinxit.* Vbi Augustinus tacitum consentit, & fatetur, se illud genus vita instituisse, quod intelligi potest, vel quia illud institutum amplexus, & professus est, vel quia in illo genere vita proprium, & peculiarem modum instituit, non enim totius generis, vt sic dicam, seu totius vita monastica invenitur cogitari potuit, nisi per magnam ignorantiam, vel malicie, illorum, habentiorum, cum ante Augustinum esset, & monachorum nomen, & genus vita in orbem diffusum, vt ipse commemorat tum hic, tum etiam alijs multis in locis, præseruit in libris de moribus Ecclesie, & de opere monachorum, & Psalm. 75. & 99. & optimè in 132. vbi, & nomen monachi declarat, & vitam laudat, & modum etiam latulandi Deo gratias agendo commemorat, & in epistola 89. quart. 4. disputando contra hæreticos, qui diuines omnes damnari dicebant, ne amore diuinarum id facere calumniaretur, inquit. *Ego, qd haec sermo perficior, de qua Dominus loquutus est, quando ait diuinitus ad Iesum: Vnde vende omnia que habes, & daperibus, & habbis thesaurum in celo,* & reui, & querens.

videlicet ad amorem, & non meis viribus, sed gratia ipsius adiuuante sic fecit. Subiungitque deinceps, & ad hoc profectum, quantum possum viribus aliosex horis, & in nomine Domini habeo confortes, quibus hoc per minus ministerium perfici um est. Scriptit autem Augustinus haec verba ad Episcopum, possuntque tam ad monachos, quam ad canonicos regulares applicari. Certum tamē est ex dictis, ante Episcopatum, & ante presbyterium ipsum adamasse, & amplexum esse illum statum, & ad illum alias traxisse, & cum illis monasterium nō clericorum, sed laicorum monachorum construxisse. Hac ergo ratione dictus est monachum institutor, & quia fortasse illud vita institutum primus in Africam inuenit, ac denique, quia in Latina Ecclesia primus etiam monachis viuendi regulam dedit, quam Apostolica Ecclesia postea probata, ut iam ostendam.

XIV. Dico ergo tertio Augustinum pro suis monachis regulam illam, quam Ecclesia sub nomine illius recepit, & probauit, edidisse. Solent quidēm Diaconi Augustini regulam attribui, duæ breviore, & tercia integra, & magis completa, prima incipit, *Comuni de p̄fessione dicitur enim, &c.* Secunda post illa verba p̄amble; *Ante omnia fratres charissimi diligatur domus, deinde proximus, incipit, Quāliter autem nos operatores, &c.* Sed haec regula incerti auctoribus sunt, & probabilius creduntur non esse Augustini, & ita in i. tom. operum eius separatis, & quasi in angulum reiecta sunt, simul cum alia regula femininarum, itaque de his nullam rationem habemus praterquam, quod nihil speciale continent, quod in certa Augustini regula non contineatur, prater ea quae in regula secunda habentur de ordine psallendi, & recitandi diuinum officium, quae statu fortasse potuerunt ab Augustino, sed propter illa, non oportet regulas multiplicare, satis est enim id quod in sua regula Augustinus posuit, *Orationi in statu horis, & temporibus constituta, & infra psalmū, & hī unū cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod preferetur in ore, & nolite cantare nisi quod l. gaudi est, cantandum, quod amorem non ita scriptum est ut canatur, non canetur.* Ex quibus verbis intelligitur habuisse monachos institutionem aliquam scriptam circa tempora, & modum psallendi, & cantandi, illam vero non fuisse positam in regula, quia fortasse iuxta locorum, aut consuetudinem diuerteret variari poterat. Itaque vna fuit ab Augustino religionis regula cōposita.

XV. De hac vero regula dubium est, an Augustinus regulam pro regularibus canonicis, vel pro eremitis illam scripsisse pro p̄fessis? omittit enim censuram Erasmi, ab omnibus suis, & doctis viris merito damnatam, qui negavit Augustinum scripsisse illam regulam pro viris religiosis, sed tantum illam, quae virtute habetur in epistola 109. Augustini, quae est ad monachas, que reuera eadem est, sed sine dubio fuit pro viris scripta, & facile potuit ab eodem auctore ad feminas accommodari, & in hoc sensu communiter recepta est, & citatur à D. Bernardo in lib. de precepto, & dispensatione, & exposita ab Hugone de Sancto Victore, ut notarunt Doctores Louanienses in fine primi tunc Augustini tacite contempta censuerat.

XVI. Supposito ergo Augustinum pro religiosis viris qui posse illam scripsisse, dicunt aliqui primò ac p̄cipue regularibus canonicis, & clericis eam tradidisse, quod pro eis sensisse videtur Gratianus in titulo capituli non discutit. Quod 12. quæst. 1. quod conflat sumptum esse ex hac regula. Gratianus vero citat sermon. 3. de communione vita clericorū, & in decreto Gregoriano in quodam scholio eodem modo dicitur caput illud sumptum ex sermone 3. de communione vita clericorum, in quo regula D. Augustini continetur. Verumnamen-

inter opera, quæ Augustini esse creduntur, non inuenio tertium sermonem de communi vita clericorum, sed primum tantum, & secundum, si tamen potuit, ut illa regula per modum concessionis, aliquando imprimetur, & ita adnotatur in quadam libro antiquo de quatuor regulis ab Ecclesia approbatis, ubi in principio sic dicitur: *regula tercia Augustini in qua latum tradidit, quæ ad ordinarem vitam clericorum pertinent, quæ nonnulli inter sermones de communi vita clericorum enumerantur.* quæ omnia supponunt hanc regulam pro clericis fuisse scriptā, & idem affirmat Vincentius in speculo historiali li. 29. c. 44. vbi ait, Augustinum scripsisse regulam, & institutionem pro clericis regularibus, qui etiam dicuntur canonici regulares. Idem habet Antoninus 2. p. Historiæ tit. 9. cap. 8. §. 2. & 3. & Volaterranus lib. 21. Anthropologia; hoc autem non aliter probatur, nisi quia ab hac regula maximè videntur vocati canonici regulares, qui veri religiosi sub Augustini disciplina fuerunt, ut supra dictum est, & optimè confirmat Trullus lib. 1. de Antiquitate sui ordinis c. 2. & 3. qui etiam adducit testimonium Possidij, de quo starim.

Nihilominus persuasum mihi est Augustinum illam regulam primò scripsisse pro suis eremitis, & *viris scriptis* monachis, qui eo tempore ex vi professionis sua *scriptis* omoiaici erant, & ab Augustino adhuc laico instituti *nachtere*, & normam viuendi accepunt. Hoc pro certo habent omnes defensiones antiquitatis eremitarum S. Augustini. Quorum probationibus omisissimam afferam conjecturas, quæ me maximè mouent. Prima est, quam in secunda assertione insinuat. ^{1. Cœlestra} uostendimus enim Augustinum, antequam esset presbyter, monachorum monasterium instituisse, ergo per se credibile est virum iam valde doctum, & perfectum, statim eis deditis regulam, & normam viuendi, non legimus autem aliam ab ipso conscripsem.

Secundūdū Possidius ca. 5. sic de Augustino inquit, ^{2. Coniect.} *Factus Presbyter monasterium intra Falesti in max. infra-* ruit, & cum D. seruit viuere capi secundum modum, & regulum sub sanctis Apollonii constitutam, maxime, vi nemo quidquam proprium nulli. Societas haberet. Ex quibus verbis colligit aliqui, Augustinum deditis regulam suis clericis, quos in monasterio congregauit, ad quod tamē verba non cogunt, quia ibi non est sermo de noua regula ab Augustino facta, sed sub Apostolis constituta, quæ solūnulla est, quæ continet substantialia vota religionis. Tamen, vi dicet, hinc satis verisimiliter colligitur Augustinum prouidentissimum. Prælatum adiunxit suam regulam. Veruntamen consideranda sunt verba, quæ statim adiungit Possidius, scilicet, *quod iam ipse prior fuerat dum de transmarinis ad sua resuæfæc̄t.* Quæ verba sunt notanda, confirmant enim quod supra numer. 9. diximus, Augustinum non fuisse verè professum regulam religiosam donec ad sua redit. Deinde probant optimè, ante presbyterum, cum Dei seruit viuere coepisse secundum regulam ab Apostolis approbatam, & consequenter, quam regulam postea suis clericis dedit, prius suis monachis tradidisse.

Tertio idem probo ex ipsam regula, in qua sic dicit, *Præposito tanquam Patri obediat, mul. o magis, & Coniect.* Presbytero, quoniam vestrum curam gerit. & iteram infra, *Si quidseruatum minu faret, non negligenter praeteriretur, sed remendandum, corrigendum quecureretur, ad Præpositum p̄cipue perimebis, ut ad Presbyterum, cuius est apud vos maior autoritas, referas, quod modum vel* ^{Quid pro cōd.} *rescius excedit.* Ex quibus verbis colligo, religiosos illos ad quos primò Augustinus illam regulam direxit, fuisse monachos, similes illis, quoad *his verbis* statum, & professionem, ac modum regiminis, qui *eruerunt* in oriente, & per Italiam, qui ordinarii

& per se ac ratione status non erant clerici, sed laici monachi, & similiter eorum praefectus, seu Abbas non erat presbyter regulariter loquendo, vt in superioribus oftensum est, & sumitur ex c. *A subdiacono* d. 23. & ex aliis multis 16. q. 1. & ex Hieronymo in epist. ad Nepotianum. Semper vero talia monasteria fuerunt subiecta Episcopis, & verisimile est ab eis semper habuisse singula monasteria Presbyterum aliquem ad quem præcipua cura monasterij, saltem quoad correctionem morum, & in rebus grauioribus pertineret, pro qua re vide, si placet, Cassianum collat. 18. c. 15. & Epiphanius epist. ad Ioannem Hierosolymitanum. Et quidquid sit de aliis monasteriis, de monasterio Augustini id clare colligitur ex citatis verbis. Nam singulare nomen Presbyteri apertere indicat, unum tanquam fuisse in illa congregacione, & consequenter illam non fuisse congregacionem clericorum. Item colligitur Praepositum non fuisse Presbyterum, quamvis haberet ordinarium regimen, & administrationem monasterij, vt ex aliis locis eiusdem regulæ satis constat. Denique colligitur reliquias omnes regulariter, ac per se loquendo fuisse monachos laicos. Vnde in epistol. 109. eodem modo loquitur Augustinus ad monachas, ut scilicet Praepositi obediunt, multo autem magis Presbytero, &c. Ad canones autem regulares difficile possunt illa verba applicari, quia illis Praepositus semper ac per se Presbyter est, neque est verisimile fuisse unquam aliam consuetudinem. Nihilominus tamen verum existimat, postquam Augustinus presbyter, vel Episcopus, clericos, seu canonicos religiosos sibi adiunxit, eandem regulam illis seruandam tradidisse, vt notauit Anton. 3. p. tit. 24. c. 14. §. 2. quia, vt rectè ait, regula ipsa de se indiferens est, & communis ad utrumque statum religiosorum. Vnde factum est, vt plures regiones, tū monachorum, tum etiam clericorum sub illa militent; sic ergo potuit Augustinus illam dare fratribus, & postea sub eadem religiosos clericos congregare, neque necessarium fuit illa pauca verba Praefetti, & Presbyteri mutare, quia faciliter poterant cum proportione intelligi, & seruari, si ceteri praefectus etiam presbyter sit, sive contingat unum tantum esse presbyterum, & praefatum, sive duas personas subordinatas, vt sunt nunc inter canonicos regulares, Prior, & Vicarius, qui ambo presbyteri sunt.

XX.

4. Afferio, dicitur reli- gionem lai- corum vis- te Augusti- no diffam per Africam

Dico quartè religionem illam monachorum ita fundatam, & optimam regula instrutam, & Episcopali autoritate probatam viuente Augustino, in Africa propagatam fuisse. Hanc assertione colligo in primus ex Posidio in vita Augustini cap. ultimum, vbi de Augustino iam defuncto sic inquit, Cleram sufficientissimum, & monasteria virorum ac feminarum coniunctionem cum suis Praepositi plena Ecclesia reliquit. Nā sine dubio credibile est illa monasteria virorum fuisse magna ex parte horum eremitarum D. Augustini, quia non erant tunc in Africa alia monasteria religiosorum virorum, de quibus videtur loqui Posidius. Nam prius ponit clericum sufficientissimum, qui vel totus, vel precipuus erat religiosus, & illa verba virorum ac feminarum coniunctionem valde propriè indicant personas laicas. Quod etiam colligitur ex eodem Augustino epistola 76. ad Aurelium, vbi dicit ad militiam clericatus, nō deserentes monasteriorum eligendos esse, sed ex iis qui in monasterio permanent, non nisi probatores, atque meliores in clericum afflumendos esse. Cum aliquando (inquit) bonus etiam monachus vix bonum clericum faciat, si ad se et sufficiens coniunctionia, & tamen de se in principio necessaria, sive persone regulari integritas. Et ex eadem epistola constat quantum curam, & prouidēti suorum monachorum haberet Augustinus, etiam post adeptum episcopatum. Denique per se est valde credibile Augustinum sive religionis propagationem,

non minus in fratribus quam in canonice procurasse; nam utramque videbat esse necessarium populo suo ad utriusque statutum perfectionem. Ex generali charitatem, ac zelum animarum habebat, quod ex omnibus eius operibus satis constat; specialiter vero colligitur ex epist. 64. ad Aurelium Carthaginensem Episcopum in qua eum exhortatur diligenter adhibeat extirpandi quadam vita per viuerciam Africam, & in fini gratias agit deo, prouisione, & liberalitate ipsius fratribus donata. In quo indicat iam tunc fuisse monasterium suorum fratrum Carthaginense. Clarius vero lib. 2. retractatione 21. art. cum apud Carthaginem monasteria esse coepissent, ea occasione scripsisse librum de opere monachorum. Quæ duo coniungendo, illa monasteria monachorum fuisse intelligimus; cum, vt supra vidimus, ipse Augustinus primus in Africam monachorum institutum inueniret, planè concluditur monasteria Carthaginensis ab Augustinianis fluxisse, & licet certe aliqua ab Augustini disciplina desciberetur, plura illius institutum retinuisse. Quod satis etiam ipse Augustinus indicat lib. de opere monachorum c. 30. vbi ait scriptissimum librum, *ad maxime curans* (inquit) *ne huius fratris Apostolicis preceptis obedientes, a pigris, & mob. d. enus, prævaricatores dicerentur. & infra. Nemonafricæ doctrina fuisse fundata corrum parvus. & infra. Scientia fratris & filii nostri, qui bani, per ignorantiam definitio inveniuntur, &c.* Per quæ omnia iudicantur illa monasteria, quæ sana erant, ex filiis Augustini fluxisse, & in doctrina eius fundata.

Hinc vero multi pro certo habent, omnia monasteria, & omnes monachos, qui post Augustinum fuerunt in Africâ, Sancti Augustini eremites fuisse, vt Beatum Fulgentium, & alios similes, qui post Augustinum floruerunt; quibus ego non contradico, quia conuincere non possum id falsum esse. Dico tamen rem esse incertam, quia licet forte ante Augustinum monachi in Africa introduci non fuerint, vt in superioribus diximus, & artigiternam Cæsar Baronius 4. tom. ann. 391. Nihilominus postea faciliter potuerunt alij Episcopi, ad imitationem quidem eius, monasteria in suis diocesibus edificare, non tamen sub regula eius, sed iuxta propriam institutionem, sicut iam nouerunt fieri in Italia. Sic legimus in vita Sancti Fulgentij cap. 3. Felicem quidam Episcopum adificasse sibi monasterium, in quo Sanctus Fulgentius monachus factus est, ut refertur c. 4. & inde transiit ad aliud monasterium alterius Felicis Abbatis, vt dicitur c. 8. quod Abbatis nomen videtur alienum a regula & professione eremitarum D. Augustini. Vnde quod de Fulgenio dicitur, incertum etiam sit, quia ille etiam dicitur fuisse Abbas, & Pater multorum monasteriorum. Sed de hoc paulò post redibi sermo. Atque hec sunt que de prima origine illius religionis Augustinianæ connectare possumus.

CAPUT IX.

An Augustiniani eremita, qui nunc existant, sint idem, qui olim tempore Augustini in Africâ: an diversi, & men- dicantes.

Nunc verò explicandum superest, an religio que sub eodem modo nomine Eremitarum S. Augustini nunc est in Ecclesia, eadem cum illa superiori capite tractata sit ipsa, vel tantum nomine. Ad hoc autem definendum unum aliud tanquam certum supponendum est, scilicet hanc religionem pro tempore ut nunc est, tempore Innocentij IV. & Alexandri IV. fuisse in eam formam redactam, quam nunc habet & solen-

& solenni ritu approbatam, & confirmatam, quod
quomodo factum fuerit, paulo post videbimus.
Hoc ergo posito tria puncta inquirenda sunt. Pri-
mum, an ille ordo qui ab Augustino fuit institutus,
vix ad tempora Innocentij IV. durauerit in Eu-
ropa. Secundum, an omnes eremiti qui iussu &
opere Innocentij in hac familia congregati sunt, fuer-
int illius professionis vel religionis Sancti Augu-
stini. Tertio, et si omnes vel plures illorum Augu-
stini fuerint, nihilominus noua fuerit religio ex
omnibus facta, vel eadem instaurata, & aliquantu-
lum immutata.

Arguimus negativa.

ideoque nihil certi de duratione monachatus, seu

vita eremita ab Augustino instituta pro toto il-

lo tempore affirmari posse. Nam in primis, que de

Pontificibus Innocentio I. Zozimo, & Leone I. di-

cuntur, incerta sunt, quia in communibus historiis

non referuntur, neque in actibus illorum Pontifi-

cum. Illa vero iura decretorum non satis rem pro-

bant, tum quia potuerunt esse multæ Ecclesiæ, vel

Cœnobia monachorum S. Augustini nuncupata, quia

ad illius imitationem informabantur, quamvis ab

eo institutionem non haberent, sicut de monachis

S. Hieronymi suprà diximus, vel etiam potuerunt

sic appellari, quia sub regula S. Augustini militabat;

Imo etiam si admittamus, nunquam defuisse huius

regula, ex quo ab Augustino facta est, aliquos pro-

fessores, & obseruatorum non tantum clericos, sed

etiam monachos, & eremitas; hoc tamen non satis

est, vt dicamus omnes illos esse successores eremita-

tum S. Augustini, alias etiam eremita S. Hiero-

nymi & plures alii possent dici successores illorum;

opere ergo ostendere, & idem genus vita, & eun-

dem aut similem habitum, ac denique continuum

successiōnē, & vniōnē, sub continua etiam

Prælatorum successione tenuisse, quod difficulta-

mē ostendit potest. Et sanè res est satis obscura, &

incerta; Nihilominus tamen prior sententia cum

moderatione explicata, suam habet probabilita-

mē, quam in sequenti pūnto melius declarabitur.

Partes affirmatiōnē quibusdam moderatio-

nibus auctōnibus arrō-

det.

IV.

Circa secundum ergo pūntum propositum numeri I. quidam contendunt omnes eremitas quos Innocent. IV. in hunc ordinem redigit, fuisse ex his, qui à primo Augustini monasterio descendenterunt. At præcepit hoc nec probari potest, nec facile credi; nam ante Augustinum multi eremiti fuerūt, prius quidem in oriente, & postea in Occidente, præser-
tim in Italia, vt ipsem Augustinus commemorat. In præsenti enim non sumuntur eremita strictè prout distinguuntur à Cœnobitis, quia vita omni-
no solitaria agunt, sed pro quibusunque qui religiosam vitam contemplatiām in locis ab op-
pidis, & consortio hominum separatis obseruant, etiam in communī monasterio viuant, sicut re-
vera vixit Augustinus cum suis fratribus, & viue-
bant monachi quos ipse Mediolani sub disciplina
vidit, & alij quos fuisse diximus in Gallia in mona-
sterio S. Martini. Et Antoninus, & alij referunt ante
Augustinum fuisse similes eremitas in monte Pissano, & in Centuncellis, & fortasse erant in aliis lo-
cis; ergo non est cur credamus omnes eremitas, qui in Italia, Gallia, Hispania, & aliis locis dura-
runt vñque ad Innocentium IV. natos fuisse ex dis-
perditione eremitarum Africanorum; cur enim illi
magis durarunt quam alij, vel cur post illos non
potuerunt alij insurgere sub diuerso habitu, nomine, & regula, seu viuendi modo. Accedit, quod
ante Augustinum dicuntur fuisse in Italia similes
eremiti, in monte Pissano, & Centuncellis, & for-
tasse in aliis locis, ergo vel ea, vel plura alia, potue-
runt esse postea monasteria eremitarum, quia non
duxerunt ex Augustino originem, sed aliunde; ergo
per successionem potuerunt etiam durare, vel etiā
multiplicari vñque ad tempora Innocentij, & Ale-
xandri IV.

Dicendum ergo est, vñionem illam factam esse
non solum ex eremitis Augustinianis, sed etiam ex
aliis cuiuscunq; regule, vel nominis essent, hoc
constat ex bullâ Alexандri IV. de prædictâ vñione.
Præcipue vero dicuntur eo tempore fuisse eremiti,
qui appellabantur Guillermi, alias Villemita, à
Guillermo duce Aquitanus, qui eremita factus nō
solum sanctam vitam egit, sed etiam author mul-
torum eremitarum fuit, præserit per Galliam, matos qui
Germaniam & Flandriam, qui ex nomine authoris
dam putantur
Guillel-

V.

Authoris refutatio.

Eremitas S.

Augustini à

Guillermo

suissif r-

em

matos qui

dam putantur

Vide Onuphrium in chronis anno 1160.

VI.
Ostenditur
tamen non
fuisse eorum
reformatore.

VII.
Imo nec fuisse
professum
statum reli
gesum.

VIII.
Quomodo
potuerit duc
riformator
arqueinda
Guillermi
ipsos refer
mat.

V.
Vide Alna
rum Pelagi
lib. 2. de pla
eta Ecclesia
c. 21. § 23.

Guillelmus et nominati sunt. Ita referunt historiographi nonnulli moderni, qui addunt hunc Guillermum profectum fuisse regulam S. Augustini, atque ita ex eremita S. Augustini fuisse, & consequenter eius congregationem eiusdem ordinis fuisse, Guillermumque tantum fuisse reformatorem, & instauratorem eremitarum S. Augustini, quamvis in illis Provinciis Galliae & Germaniae ab illo Guillermi tamen nominentur.

Sed ut verum fatear, in eius vita, quam ex Theobaldo Episcopo refert Surius die decimo Februarij, nihil invenitur, quod Augustini regulam, vel aliquam peculiarem professionem redoleat, sed solum viue modum eremiticum, solitarium, & nimis austерum. Nec ibi legitur ipsum suscepisse habitum S. Augustini, sed solum, postquam ad meliorem mentem a S. Bernardo conuersus est, consiluisse virum eremitam, sanctam, & solitariam vitam agentem (de quo etiam non legitur cuius professionis esset vel regulæ) & ab eo fuisse induitum lorica ferrea, quam semper portauit, & missum fuisse ut renunciaret omnibus suis bonis, & pedes peregrinando conspexit. Pontificis se presentaret, quod ipse perfecit, & postea Hierusalem transit, & tum ibi, tum postea in locis aliis per multos annos solitariam & rigidissimam vitam dicitur egisse. Nec etiam ibi legitur fecisse Cenobium aliquid, aut reformationem in eremita S. Augustini. Solum in c. 18. refertur, eum post redditum ab Hierusalem in Tusciam in speluncam horribilem se recepisse breuitate, aliquem numerum sociorum religiosorum ei fuisse copulatum, cum quibus aliquandiu vixit, & hospitale in eo loco construxit. Sed quia socij ab instituto breui defecerunt, ab eis discelisit, & hospitale cuidame eorum Perro vocato commendavit, transiitque ad alium montem, vt eandem vitam rigidam, & solitariam ageret, vbi etiam alij socij ei adiuncti sunt, qui tamen eum non sunt imitati, & ideo cum eis non perseverauit, vt ex ca. 21. constat. Vnde (vt ex ca. 22. subiungitur) solus recessit in terram desertam vocatam Itabulum Rhodus, quæ est in territorio Senensi, vt recte probat Caesar Baronius in annotationibus ad Martyrologium decima die Februarij) ibi ergo usque ad finem vite solitariam vitam egit, vnum tantum socium, & ministrum habens. Neque quidpiam aliud de Cenobio ab eo constructis, nec reformatione ab eo facta, in ordine eremitarum Sancti Augustini, nec de habitu particulari eius aut regula a Theobaldo refertur.

Imo quod magis notandum est, ex tota narratione eius non colligitur hunc sanctum virum aliquando fecisse professionem, seu vota substantialia religionis, & presentem non constat, alicui obedientiam promisisse, sibi enim, & mutauit eremum, & aliqua ex parte viuentum modum fine dependentia ab alterius voluntate, quapropter statutus vita eius propriè videtur fuisse eremitus, qualis olim fuit in Paulo, Hilarione, & aliis Anachoretis, quos supra diximus non esse integrè religiosos ex defectu subiecti, & obedientiæ.

Fieri tamen potuit, vt exemplo huius sancti viri eremiti, qui tunc erant, fuerint reformati. itaque licet per se ipsum Cenobia non aedificauerit, neque haberit, nisi vnum, vel duos veros discipulos, per illos postea potuerit plures procreare. Quod indicatur in vita eius cap. 22. vbi de Alberto eius discipulo dicitur, nec fraudatus est a suo desiderio vir desideriorum (id est, Guillermus) præficiente in hoc eius discipulo (id est, Alberto) vt postmodum multorum Pater fieret filiorum, vbi significatur Albertum illum eremitas illos propagasse. Ibidem etiam fit mentio alterius discipuli Venerabilis Petri prioris Monasterii de Pruno, qui videtur esse ille cui hospitale commendauit, vt supra diximus per hunc ergo potuerit etiam congregatio seu

vita eremitarum reformari, & à primo auctore Guillermi teneat vocari. Quomodo autem hi omnes pertineant ad progeniem Augustini, aut ad ordinem eius, non video, nisi aliunde constet, aut discipulos Guillermi regulam Augustini, & habitum eius receperit, & rigorem aliquem iuxta exemplar & consuetudinem suum magistri addidisse.

Idem censco de alio genere eremitarum, qui ad hanc congregationem reduci sunt ab Alexander IV. quorum author fuisse dicitur Ioannes Bonus, originis floruit tempore Innocentij III. & fuit vir eremita egregie sanctitatis, & magna austeriorum, ut refert Antonius 3. p. tit. 2. cap. 13. Ex quo loco constat, ut ad eum, in suo eremitorio permanentem, plures accessisse, qui imitatores vita illius facti sunt, illi ergo usque ad Alexandrum IV. propagati fratres Antonii Boni, vocati sunt, & iidem esse scientur, quicunque tempore Fratres persistentes Iesu Christi vocabantur. In gestis autem ab hoc Ioanne Boni, nihil referri potest de habitu, aut regula, aut ordine S. Augustini, sed tantum de vita eremita, & austera in gente. Vnde seculatores eius ficut ab Augustino nomine non acceperunt; ita nec in speciali modo viuendi, seu in specifica ratione statutus, ut sic dicunt, sed solum in genere eremitarum cum successoribus Augustini, si qui fortasse tunc erant, conuenienter videntur. Atque ad eundem modum fuerunt forte eo tempore per Italiam, & alias provincias alij eremiti, vel anachoretici, vel cenobiticam vitam agentes, variis, tum habitibus, tum etiam consuetudinibus, vel constitutionibus videntes, de quibus nobis nihil certò constat in particulari, sed solum in haec generitate, & confusione, hanc enim varietatem historiae indicant, & Bulla Alexandri IV. supponit. In hac autem multitudine eremitarum veritimum est multis fuisse sub hoc nomine eremitarum S. Augustini nam coniecturæ suprà facta id ostendit, & in multis provinciis, & regnis reperiuntur antiqua monasteria illius appellationis, & nominis, & Scripturæ etiam antique, quæ talium monasteriorum mentionem faciunt. An vero plura, vel pauoriora horum monasteriorum, vel eremitarum fuerint huius, vel alterius religionis, mihi non constat.

Non omittam autem hic aduertere, satis esse obscurum, & incertum in historiis, an monachus, & eremita, sive solitarius, sive cenobiticus, qui in occidente fuerunt a morte Augustini, usque ad D. Benedictum, fuerint eiusdem professionis, ita ut illa nomina tamquam synonyma acceptienda sint, vel in re ipsa distinctione sit inter eos constituta differentia, nam hinc ostendit alia questio; an scilicet tempore Alexandri IV. solum illi qui eremita nuncupabantur, & a monachis in aliquo sibi proprio distinguabantur, ad hanc religionem ordinis eremitarum reduci fuerint, vel utrum aliqui etiam ex monachis in hac reductione fuerint comprehenti. Nam in hoc etiam inveniuntur diuersitas in chronicis huius religionis, & ex illis terminis pendent multa, quæ de hac antiquitate dicuntur. Interdum enim dicunt eremitarum Augustini institutum fuisse distinctum a monachali, interdum vero huius professionis faciunt ferè omnes antiquos sanctos, qui post Augustinum monachi fuerunt, ante Benedictum, vel extra regulam eius, vt Fulgentius, Columbanum, & similes, sed quod ad primum attinet, difficulter est differentiam illam explicare, quia licet nomen Breuite profutatio, seu anachoretæ summi solet, vt praecedenti libro notauimus cum Isidoro lib. 7. Originum cap. 13. & lib. 2. de officiis Ecclesiasticis cap. 15. tamen hic ad cenobitas extenditur, qui in eremis degunt, combat enim eremita S. Augustini cenobitas fuisse, Monachus autem propriè, & specificè sumptu in hoc sensu etiam agunt solitariam vitam ex vi sua professione, vt con-

Vt constat de S. Benedicto, Bernardo, Bruno, & aliis, & ante hos de Antonio, Basilio, & aliis orientalibus; quæ igitur differentia assignari potest inter eremitas, & monachos eorum temporum.

XI. Dicunt aliqui, non tam in instituto vita, quam ^{rum signū} in aliquo signo externo distinctos fuisse. Duo autem signa ponuntur, unum est, quia eremita incedebat ^{significatio} iuxta monachos, & cingulo ex corio; nam Antonius supra ^{cham & s-} remittit Aquilinam ^{remittit} illud non habet autoritatem, & præterea differentia illa parum momenti esse videatur. Nā Celsianus lib. I. instarum institutionum cap. 2. cingulum monachi ponit inter vestimenta eius, quod cingulum dicit fuisse pelliceum ad imitationem Eliae, qui incedebat zona pellicea accinctus renibus 4. Regum 2. quod etiam dicitur de Ioanne Baptista Matthæi 3. idem habet Basili in reg. fusi. disp. c. 23. & Ioann. Hierosolym. lib. de inst. prim. monach. cap. 37. qui omnes tanquam insigne monachos ponunt zonam pelliceam. Alij pro differentia assignant quod eremita incedebat baculos in manibus portantes, ex quadam brevi Alexandri IV. vbi indicat hanc fuisse differentiam inter habitum eremitarum Sancti Augustini, & habitum monachorum; quod eremita baculos in manibus ferebat; sed hæc etiam differentia, & parui momenti est, & incerta, quia non constat vel eremitas hoc habuisse ex institutione, aut ex generali consuetudine, neque etiam è convercio constat monachos nunquam incessanter portantes baculos in manibus. Quin potius Ioan. Hierosolym. de institut. antiqu. monach. cap. 41. hoc ponit tanquam ex more antiquorum monachorum, quod ab Eliseo deducit, quem baculum habuisse constat ex 4. Reg. 4. Apud Augustinum quoque inter eremitam cenobiticam lupus diff. vitam agentem, & monachum nullum discrimen inuenitur, vt constat ex locis adductis, præseruit enim ex psalmis, & ex sermonibus ad fratres in eremis, mo, cuiuscunq; tandem authoris fuit, idem constat, vt videre licet sermone 14. 22. & sequentibus. Imo nomen eremita raro, vel nunquam apud Augustinum inuenitur, sed tantum nomen monachi, aut solitarii.

XII. Existimo ergo discriberemus hoc inter monachum & eremitem non esse antiquum, nisi haec voces in illa significacione sumuntur, vt eremita significet anachoretam, & monachus cenobitam contemplatione deditum, & à communione hominum habitatione separatum, quorum vitam distinctam descripsit Augustinus, lib. I. de moribus Ecclesie cap. 21. licet propria nomina eis non imposuerit. Vnde sicut omnines monachi, qui fuerunt post Augustinum, professores sui instituti fuerunt, ita neque omnes eremiti, quod est manifestum, præseruit extra Africam: nam in Africa aliqui volunt religiosos omnes, sicut etiam o. qui post Augustinum fuerunt, sive clericos, sive laicos, quoconque nomine monachos, vel eremitarum appellentur, fuisse progenitos ex aliquo monasterio illius Augustini, quod non repugnat ita contiguitas fuisse, vt per se patet, tamen non satis ostenditur ita fuisse. Quia in illo tempore non erant monasteria religiorum exempta, neque ita inter se unita sub uno Prelato communi, seu generali, sicut nunc sunt, sed in unaquaque Diocesi, monachi erant subditi Episcopo illius loci, & ab illo approbabatur ritus viuendi illorum. Vnde sicut Augustinus in sua Diocesi monasteria condidit, vel antequam esset Episcopus approbante Valerio, vel iam Episcopo, sua autoritate; ita potuerunt postea alij Episcopi in Africa condere propria monasteria vel secundum regulam Augustini, vel secundum aliam propriam, & ita in vita Fulgentij cap. 4. legimus Faustum Episcopum sibi monasterium construxisse, in quo

Fulgentius factus fuit monachus, & in cap. 8. fit metio alterius monasterij Felicitis Abbatis, vbi postea Fulgentius Abbas fuit, & cap. 12. fit mentio Beati Euhalij, Episcopi Syracusani, & cap. 14. commemoratur aliud monasterium Viuencensem; ad quod tentauit Fulgentius diuertere, quia in eo rigidi propofici antiqua disciplina seruabatur. Et ipse Fulgentius iam factus Episcopus in suo Episcopatu proprium monasterium edificauit cap. 19. & postea aliud cum esset a Tyranno relegatus, in quibus omnibus nulla fit mentio regulæ S. Augustini. Imo ab aliem nominat, quod nomen in religione S. Augustini videatur inusitatum. Item commemorat perpetuam abstinentiam à carnis, de qua non est vsus inter eremitas S. Augustini. Quæ coniecturæ non coniunctum illos monachos non fuisse eremitas S. Augustini; potuerunt enim in his accidentibus esse varii mores, licet religio esset eadem, & eandem haberet originem, faciunt tamen rem dubiam. Vnde etiam incertum est, an omnes monachi, qui ex Africa prodierunt, fugientes aut Vandolorum persecutionem, aut postea Maurorum, Augustini fuerint, quia si in Africa discursu temporis multiplicata fuerunt instituta, ex omnibus illis exire potuerunt.

Multo autem certius est non omnes eremitas, qui extra Africam fuerunt, post tempora Augustini, fuisse illius successores, nam vt diximus, etiam extra Africam Augustinum erant eremiti in Italia. Item res est certa, quia diximus eremitas, & monachos cum proportione sumptus, eodem fuisse illo tempore, id est, vel cenobiticos inter se comparatos, vel anachoretas inter se. At constat non omnes monachos Italie Augustinianos fuisse illo tempore. Denique D. Gregorius in Dialogis plures commemorat monachos ante tempora S. Benedicti, vt in lib. I. de EQUITIO, Anafrasio, Martino, & lib. 2. de ROMANO monacho, qui Benedicto habitum religiosum tradidit, ac ministravit, quem nullus hactenus dixit esse eremitam Augustinianum, nec dereliquis cum fundamento affirmari potest. Illi autem monachi erant reuera eremiti, vel ex solitariis, vel socialibus.

Probabile autem est post tempora D. Benedicti aliquam fuisse obseruatam distinctionem inter monachos, & eremitas, præsertim in Europa, seu in Italia: nam religiosi S. Benedicti nunquam vocati fuerunt eremiti, vt constat ex modo loquendi, tam iurium, quæ historiarum, imo videtur nomen monachorum, quasi per antonomasiam fuisse accommodatum, ad professores illius instituti, & aliorum, qui ab eo manarunt, vel qui Benedicti regulam suscepserunt, vt supradicte coniecturæ. Eremiti autem nomen retentum est ab aliis, qui in eremis religiosam vitam agebant, vel sine speciali regula Augustini, imo multi erant, qui veram religionem non profitebantur, vt notat Archidiaconus in cap. cum ex eo §. vltimo de excessibus Prælatorum in 6. & eremiti illi qui ab Alexandro IV. in hanc religione redacti sunt, religiosi omnes erant, vt videbitur verisimilis, distincti vero à monachis in sensu explicatio, id est, ab his, qui monastica instituta, quæ Augustinianas nunc sunt in Ecclesia, profitebantur. Inter se vero familiam non vniuersitatis erant, sicut nec vniuersitatis redacti, aut regulæ: verisimilis autem est quamplures eorum, seu aliquam familiam ex eis præcepisse.

An ex eremitis, quos Alexander IV. in unam religionem coegerit, noua religio fuerit instituta, an tantum Augustiniana reformata.

XV.
Argu. par-
tis affir-
mam religio-
nem fuisse
instituta.

Supereft, vt de tertio punclo n. i. proposito breuiter dicamus, nam ex eo maximè penderet resolutio dubitationis, circa originē, & antiquitatem huius religionis, nam si in vniione facta ab Alexandro IV. ex multis familiis vna religio ab illis distincta orta est, erit hanc noua religio, cuius initium ab eo reperire computandum erit, si verò aliter facta est illa vno, alter etiam de origine huius religionis censendum erit. Videtur autem noua religio tunc inchoata. Primum, quia sicut in naturalibus, quando ex simplicibus inter se mischi aliiquid vnum generatur, illud distinctum est ab ipsis simplicibus, nouamque originem, & distinctam ab illis habet, ita in moralibus, atque adeo in praesenti mixtione, & quasi transmutacione censendum videtur.

XVI.
Responso ad
hoc arg.

Ad hoc tamen optimè responderi potest, non esse comparandam illam vniionem substantiali mixtionem, quae fit ex conuersione plurium in vnum tertium à singulis miscibilibus distinctū, sed mixtionem, vel vniioni, quae fit ex pluribus, quorum vnum certa in se substantialiter conuerit, quamvis inde fortasse maneat effectum aliquibus qualitatibus animalium rerum, quas in se conuerit, sicut ex aqua, & vino fit vnum lymphatum, quod totum substantialiter vniuum est, quia vimum aquam in suam substantialiam conuerit, licet qualitatibus aquæ effectū maneat. Sic enim in praesenti non ita fuerunt ex multis familiis vna effecta, vt omnes reliquerint institutum suum, & vnum nouum acceperint, quasi nouam omnino formam, sed retento Augustini instituto in ea familia, quæ sub illo militabat, relique omnes illi se subdiderunt, & relicta sua origine, ad Augustini familiam transierunt, ideoque eadem religio, Augustiniana in tota illa congregatio permanuit, & aucta est, non substantialiter mutata, quamvis quod aliqua accidentalis nouam formā acceperit. Quod autem res ita acciderit, coniectura fit, Primo, quia in Bulla Alexandri IV. non dicitur, vt omnes eremiti ad nouam religionem transerant, sed vt ad eremitos S. Augustini reliqui omnes aggregatebant, sub eiusdem constitutionibus, & regimine. Et Antonini loci infra citando his verbis refert hanc vniionem. Erant tum temporis in diversis mundi regionibus diversi eremiti sub diversis titulis diversimode viventes, quos omnes in vnius eremiti S. Augustini consumxit, reducens eos ad vnum osiile sub uno pastore, & infra. Muniens eos pluribus prius legijs & grasijs, quorum omnium exemplaria, & nonnulla originalia sub bullo ego vidi. Secundū ex nomine, regula, & habitu, quæ maximè indicant originem & institutum: hæc enim vno facta est sub regula S. Augustini, & sub appellatione eremitarū S. Augustini, & sub habitu quæ Augustinus induisse creditur, vel in baptismo, si sermo ille Ambrosij recipitur, vel certè post baptismum, antequam fieret presbyter. Nam ex vita Fulgentij c. 18. colligitur, similem habitum fortasse in monachismo, & ita illum amasse, vt in Episcopatu illum non reliquerit, quod est magnum signum Augustinum illum monachalem habitum in Africam inuexisse. Tertiū, quia alias dicendum est, Innocentium IV. vel Alexandrum IV. fuisse huius religionis fundatorem, & ab illo primam duxisse originem, quod est plane falsum, & contra mentem istorum Pontificum, & aliorum quos statim refemus.

XVII.
Infraserv-
ta satisfacere, adhuc supereft difficultas, quia in ea v-
mō contra vniione ipsam Augustiniana professio ita videtur

mutata, vt nihil ex ea retentum fuerit, præter regu-
lam & titulum Sancti Augustini, quæ duo non sufficiunt, vt hæc censeatur eadem religio, quæ fuit ab Augustino instituta, & consequenter, neque ut ab illo sumat antiquitatem, & originem. Major declaratur, quia in primis quod ad habitum spectat, iam diximus incertum esse an Augustinus tempore baptismi monachalem habitum receperit. Deinde vel tunc, vel saltem in Africa ante presbyterium illum habitum suscepit, vt probabilius credimus, nihil tamen singulariter, vel speciale de illo habitu affirmari potest, præter id quod tunc reliquis monachis commune erat. Duo enim si quis euilem habitum præcipua esse creduntur, scilicet corrigia ex corio, & cuculla nigra, hæc enim duo in eo sermone Ambrosij commemorantur, & in vita Fulgentij inveniuntur, neutrum autem ex his fuit peculiare ornamenti eremitarum S. Augustini. Nam corrigia ex corio, & zona pellicea idem sunt, ostendimus autem suprà numer. II. zonam pelliceam communem fuisse omnibus monachis, tam orientis ex Basilio, Ioan. Hierosolym. & Celsiano, quam occidentis & Africæ ex vita Fulgentij, de quo dicitur, pliatio cingu-
lo tangnam monachus cingebatur. Ex quo verbo constat, quam sit difficile intellectu, quod apud Antonium legitur ex sermo. Ambrosij Augustinum assumpisse cingulum ex corio ad differentiam monachorum, cum monachis commune sit, nec nisi potest differētia inter cingulum Augustini & zonam monachorum: In quo enim polita fuit? aut vnde constare potest? Nam de figura, aut latitudine illius zone, vel de colore eius albo, aut nigro, vel fortasse naturali, & nulla arte elaborato, nihil certum affirmari potest. Quod verò spectat ad nigrum colorē habitus, vel cucullæ, referit etiam Joannes Hierosolymitanus lib. de institutione monachorum cap. 38. tunica lanæ quam gestabant monachi subtilis scapularia, tunica, seu nigra fuisse infidam. Et in vita Fulgentij solum dicitur subtilis cucullam nigra, vel latico palicio circumdatu incepit, ubi obscuri est, quid nomine *cuculla*, & quid nomine *pallium* significetur, manifestum autem est ex contextu nomine *cuculla* exterram, seu superiore vestē, & togam, vel v. clavis dicam, capam significari. Pallium autem, licet alias proprie significet externum vestimentum, hoc significari internū, nam subtilis cucullam sufficitur, & de hoc solū assertur fuisse nigelli, aut latine coloris, id est, album aut nigrum, probabile est non fuisse artificiosi coloris, sed illius, qui erat lanæ connaturalis. Ergo ex habitu quem nunc gestat hæc religio, nihil peculiare colligi potest de institutione Augustini.

Sed hæc non multum obstant, nam habitus non facit monachum, vt iura dicunt, & sepe religio muta. His ratione aliquam in habitu admittit, & non propter, ita ut varietur religio. Vnde multo minus obstat, quod in habitu niger, & zona pellicea fuerint alii monachis communia, sicut nunc etiam sunt: nam veribile est fuisse ab Augustino usurpatum cum aliquo peculiari modo, quo sui monachii differerentur a reliquis, quod etiam nunc eremita Augustiniani obseruant, cum proportione quadam, non cum identitate, aut integra similitudine, quis enim hoc posset cum fundamento affirmare? aut que est necessitas, cum potuerit optimè esse succelio in religione, cum nulla mutatione in habitu quoad figuram, vel quoad qualitatem materiae, & timiles conditiones, iuxta temporum varietatem & opportunitatem. Videatur Antonius 3. p. 11. vltimo cap. vi. s. 5. vbi ait Alexandrum Pontificem determinasse hunc habitum exterioriem, quem hi religiose nunc portant, vel resciendo ad primam institutionem, vel declarando in sua prima institutione nullum determinatum habitum habuisse a D. Au-

gulfino, & ideo hunc ipsum Pontificem definiuisse tanquam presentibus temporibus & regionibus conuenientem, satisque religiosum; interorem vero habitum ipsi religiosi determinandum reliquit, prout in secunda parte constitutionum huius ordinis c. 5. factum est.

Sed quamvis sola varietas in habitu non sufficiat, si tamen cum illa iungatur diversitas in fine, & mediis, seu obseruantis religiosis, videtur plane concludi nullam relinqui conuenientiam inter haec religionem, & ab Augustino institutam, praeter nomine & communem regulam. Constat autem tota haec mutatione esse in hac religione factam. Quod patet primò ex fine. Nam Augustinus institutus eremita ad finem vite purè contemplativa, qualem erat vita omnium monachorum, & in ea estate: & ideo elegit habitationem eorum in eremo, & ex laicis adhuc ipse laicus monasterium congregauit; ac denique solum orationi, & psalmodia cum aliquo labore manuum eos vacare voluit, quod est proprium institutum monasticum, & purè contemplativum. Nunc verò finis huius religionis est mixtus, quia non solum contemplationi, sed etiam actioni circa proximos vacat, ex peculiari, & noua institutione. Ut enim refert Antoninus 3. p. historiali tit. 2. cap. 14. §. 3. & habet etiam in Annalibus Augustini ordinis. *Innocentius I V. anno Domini 1240. considerans ordine Predicatorum, & Minorum, fructus salubres in Ecclesia Dei preferre. Eremita vero S. Augustini sibi sois per bonam vitam professe, capit velle agere, quatenus & ipsi usi Predicatores & Minorum fructum salutarem in Ecclesia Dei producere possent; ergo mutauit Pontifex illum ordinem quoad finem suum.*

Inde vero facile cocluditur mutatio etiam quoad media; nam prius per se, & ex vi instituti, in locis à communis hominum habitatione remotis habitabant, postea in ciuitatibus & oppidis vivere necesse fuit. Prius per se, & ex vi instituti, erat religio laicorum, quia non postulabat ministeria clericorum; postea vero præcipuum religionis partem, ad ordines a summi necessarium fuit, quia ad concionandum, & sacramenta ministrandum destinabantur. Item prioribus eremitis necessarium non erat literis vacare, quod tamen facta predicta mutatione omnino fuit necessarium. Unde tandem factum est, ut illa religio ex monachali, in mendicantem transierit; antea enim, quamvis fortasse redditus non haberet, ex manualibus operibus sustentari poterat; postea vero, cùm propter studi, & actiones erga proximum manus laborare non possent, mendicitatem profiteri necessarium fuit; & ita tam ex fine, quam ex modo viuenti,cepit esse religio mendicans, ergo ab eo tempore debet censeri instituta in quo mendicans esse ceperit.

Quod autem non sufficiat regulam, aut nomen Augustini retinuisse, ut ab illo instituti censeatur patet, quia etiam religio Predicatorum retinuit regulam S. Augustini, quam Beatus Dominicus in religione canoniconum regularium prius profitebatur, & nihilominus nouam ipsam religionem instituit, quia sub illa regulâ, nouum finem, & noua media illi attribuit, atque eadem fuisset, licet sub Augustini patrocinio, & nomine religionem suam specialiter dicasset; nam hoc ad substantiam religionis valde extrinsecum, & accidentarium esse videtur. Sicut è conuerso ordo sancti Hieronymi, licet patrocinium, imitationem, & nomen Hieronymi acceperit, non propterea ab eo instituti censemur, quamvis fortasse in instituto quoad finem, & modum viuenti similius sit illi monasterio, quod Hieronymus cum suis monachis construxit, & coluit, quam haec religio cum Augustiniano eremico.

Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

Confirmatur tandem ac declaratur; nam eo tempore quo Alexander IV. eremita omnes in hanc religionem coniunxit, necessarium fuit omnes illos denuo profiteri in tali religione, quia propter nouum obedientia genus, ad multa obligabantur, vel obligari poterant, ex vi nouæ obedientia, ad quæ non extendebat prior obedientia eremita, vt per se constat, & è conuerso multa cefarunt in hoc viuendi modo, quæ in priori ex obedientia iniungi poterant. Paupertas etiam multum immutata est, vt ex dictis constat, ergo necessaria fuit noua professio; ergo signum est fuisse conditam nouam religionem ad quam professores eius ex priori viuendi modo translati sunt. Et ideo licet multi ex illis fortasse fuerint ex eis successoribus Augustini, non potest dici in illa conservata prior religio, quia ad aliam religionem translati fuerunt, vt discursus factus conuincere videatur.

Nihilominus dicendum est, eandem religionem Augustini quæ ante era erat, permanisse post reformationem Alexandri IV. quamvis in multis rebus immutata fuerit. Hanc posteriorem partem satis probant omnia haec tenus adducta. Priorem autem probat primò Concilium Lugdunense sub Gregor. X. in cap. vniuo §. Sane. de religiosis domibus in e. vbi de hoc ordine Sancti Augustini dicitur, institutum fuisse ante Concilium Generale, scilicet Lateranense sub Innocentio III. quod habetur in capitulo extra, dereligious domibus. quo tempore nondum hic ordo erat redactus in eam religionis formam, quam nunchabet. Nam eam formam recepit ab Innocentio IV. & Alexandro IV. anno Domini 1246. trigesima annis post Concilium Lateranense, & totidem fere annis ante Gregorium X. ergo ex sententia Concilij Lugdunensis Alexander, vel Innocentius IV. non fecit institutionem huius ordinis, alias non esset verum, quod institutio eius præcessit Innocentium IV. ne dum III. & Concilium sub illo celebratum. Ergo post reformationem Alexandri manit nihilominus eadem religio, quæ ante era erat, nam retinuit eandem institutionem quæ præcesserat ante Concilium generale; sed ante illa religio erat descendens hereditario iure ex institutione Augustini, vt oftensum est, quia nulla alia institutione potest illi attribui; ergo eadem postea manit.

Secundò idem probatur ex bullâ, & intentione Alexandri IV. nam vt diximus, non eremitas squaliter commutauit, sed reliquos variis nominibus nuncupatos ordinis eremitarum S. Augustini, cum personis, & locis (ait Antoninus suprà) effectualleretur, ac vnuis ergo necessarium fuit ordinem eremitarum eundem conseruatum esse; alioqui non magis alij essent illi vni, quā ipse ceteris, imo nulla fuisse vnu, sed confusio omnium in vnam.

Tertiò, alij summi Pontifices priuilegia, & gratias huic ordinis concedentes declarant professores eius esse veros filios, & Augustini successores. Sic Ioannes XXII. concessit eremiti Sancti Augustini præcipuam curam corporis Sancti Augustini, & dicitato Patri monasterio iuxta Ecclesiam in qua erat sepulcrum eius. Quamvis enim etiam ibi esset monasterium canoniconum regularium, voluit & dicitari aliud eremitarum, & Ecclesiam esse communem dicens (vt Antoninus suprà §. 4. referr.) descendere, & rationi consonum, vt tanquam membra capiti, discipuli magistro, filii Patri suo vniire debeant. Martinus etiam V. Roma transferri fecit corpus S. Monice in Ecclesiam eremitarum, & in Bulla rationem reddit, quia sunt filii, & successores Beati Augustini. Eisdemque verbis, & ratione vietur Clemens VIII. in quadam Bulla, in qua indulgentias, qualidam concessit Lusitanie Provincie

XXXI.
s. Arguitus
ex mutata
materia in
voto ob-
diuvia, &
pauperia.

XXIII.
Prima affir-
matio busus
puncti bi-
partita.

XXIV.

XXV.

pro capitulis Generalibus: senserunt ergo dicti P̄t̄fices institutionem Augustini de eremitis, in hoc ordine conservari, alioqui non magis essent hi religiosi Augustini successores, & hæredes, quam alij, qui eius regulam profertur.

XXVI.

Denique in hac religione inuenientur quidquid ad moralem vnitatem cum ea, quam Augustinus instituit, sufficit. Nam (quod caput est) conservata est continua successio: Et enim usque ad Alexandrum IV. familia eremitarum S. Augustini, pura ut sic dicam, perseverabat, sicut ostendimus usque ad Innocentium IV. per mixtionem autem (ut ita loquamur) factam ab Alexandro non est interrupta successio, sed numerus filiorum crevit per translationem aliorum ad ipsos: vnde Antoninus supra §. 3. cum dixisset Pontificem incorporasse alios eremitas ordinis S. Augustini, subdit, *Dispensans cum eis super diuersorum profissionum, & obseruantiarum ligamine, quibus ante a prædictis, vel alijs ordinibus, stricti quomodobies tenebantur.*

XXVII.

*Ad 3. argu-**in num. 22.**Ritua.**22.**23.**24.**25.**26.**27.**28.**29.**30.**31.**32.**33.**34.**35.**36.**37.**38.**39.**40.**41.**42.**43.**44.**45.**46.**47.**48.**49.**50.**51.**52.**53.**54.**55.**56.**57.**58.**59.**60.**61.**62.**63.**64.**65.**66.**67.**68.**69.**70.**71.**72.**73.**74.**75.**76.**77.**78.**79.**80.**81.**82.**83.**84.**85.**86.**87.**88.**89.**90.**91.**92.**93.**94.**95.**96.**97.**98.**99.**100.**101.**102.**103.**104.**105.**106.**107.**108.**109.**110.**111.**112.**113.**114.**115.**116.**117.**118.**119.**120.**121.**122.**123.**124.**125.**126.**127.**128.**129.**130.**131.**132.**133.**134.**135.**136.**137.**138.**139.**140.**141.**142.**143.**144.**145.**146.**147.**148.**149.**150.**151.**152.**153.**154.**155.**156.**157.**158.**159.**160.**161.**162.**163.**164.**165.**166.**167.**168.**169.**170.**171.**172.**173.**174.**175.**176.**177.**178.**179.**180.**181.**182.**183.**184.**185.**186.**187.**188.**189.**190.**191.**192.**193.**194.**195.**196.**197.**198.**199.**200.**201.**202.**203.**204.**205.**206.**207.**208.**209.**210.**211.**212.**213.**214.**215.**216.**217.**218.**219.**220.**221.**222.**223.**224.**225.**226.**227.**228.**229.**230.**231.**232.**233.**234.**235.**236.**237.**238.**239.**240.**241.**242.**243.**244.**245.**246.**247.**248.**249.**250.**251.**252.**253.**254.**255.**256.**257.**258.**259.**260.**261.**262.**263.**264.**265.**266.**267.**268.**269.**270.**271.**272.**273.**274.**275.**276.**277.**278.**279.**280.**281.**282.**283.**284.**285.**286.**287.**288.**289.**290.**291.**292.**293.**294.**295.**296.**297.**298.**299.**300.**301.**302.**303.**304.*

XXXII. Respondeo in primis, interdum tacitam approbationem posse esse tantam; vt expresse aquinaleat, & aequaliter cum illa habeat autoritatem, sicut de canonizatione sanctorum dici solet, & constat de antiquis sanctis, sola vniuersali traditione totius Ecclesiae canonizatis, par enim est ratio de authentica approbatione religionis, vt vide etiam licet in antiquis religionibus S. Benedicti, & Basili, & in eodem gradu ponenda est religio eremitarum S. Augustini; nam in cap. *perniciosa* i. 8. q. 2. regula Augustini, & consequenter ordo eius, aquae consistunt sufficere ad religionem approbatam ac regula Basili, vel Benedicti, est autem illud decretum Concilij Romani sub Innocentio II. quod constat esse multo antiquius; potest igitur duplex approbatio tacita distinguiri: Vna quia solam permittit aliquis modus vivendi, non sub cerro, & firme iudicio de illius perfectione vel congruitate ad perfectionem assequendam, sed quasi negatiue se habendo, & non improbando talem vivendi modum, quia de illius malitia non constat. Alia vero est approbatio, quae licet consuetudine introducatur, & ideo tacita vocetur, ad eum camen gradum peruenient, ut recepta, & firma opinione totius Ecclesie, & iudicio summorum Pontificum, factis ipsiis priuilegiis sufficienter declarato, sit sufficiens, ut per eam proponatur aliquis status, tanquam vera perfectionis via, & hanc approbationem dicimus aquinale expessa. Hoc igitur secundo modo dicimus ordinem D. Augustini fuisse ab Ecclesia approbatum longe ante Concilium Lateranense, nam hoc indicatur in dicto cap. *perniciosa*, iuncto cap. *ne nimiam* de religiosis dominis. ibi. Sed quicunque ad religionem conuerit volunt, vnam de approbatis assamus, & qui voluerit religiosi domum de novo fundare, regulam, & institutionem accipiat de approbatis. Nam certum est ibi esse sermonem de approbatione perfecte; certum item est sub illis religionibus approbatis comprehensam tunc fuisse religionem eremitarum. Sancti Augustini, quidquid fuerit de aliis eremitis; nam hoc probat dictum cap. *perniciosa*. & cap. *in suauitate*. Qui clerici, vel videntes, quod est eiusdem Innocentii III. & de simili institutione existimo loqui §. Sane.

XXXIII. Denique explicatur in hunc modum, nam D. Augustinus circa statum monachorum, quem in Ecclesia inuenit, & Mediolani ac Rome vidit, duo tantum factis videtur, vnum est, quod illum inuenit in Africam vbi nondum erat in usu aliud est, quod peculiarem regulam illi addidit, in ceteris nihil immutasse, aut statuisse videtur, ne de habitu, vt ex his, quae supra expendimus, satis confitare videatur, & planè sensit Antoninus supra, & Baronius 6. tom. circa annum Domini 5. nec de aliis ritibus, aut ceremoniis praeferat ea quae in dicta regula continentur, quia neque ex scriptis eius, neque ex villa historiâ, vel traditione aliud quippam habemus. Status autem monasticus, seu eremiticus, qui, vt à numero 10. diximus, idem erat, satis fuit approbatus, & confirmatus etiam ante Augustinum per traditionem Apostolicam, vt supra lib. præced. late probatum est; regula item Augustini multo ante Innocentium III. Ecclesiæ vniuersalis approbationem meruit, & obtinuit, & aliqui affirmant Innocentium I. tam expresse approbase, & præcepisse eremitis omnibus per Italiam, vt secundum eam vivent, de qua approbatione aut præcepto nihil in Concilio inuenio, neque inter opera Innocentii III. Tamen inter priuilegia & chronica ordinis eremitarum contineri dicitur à Hieronymo Romano li. 6. Reipub. cap. 5. & 6. Quidam etiam referunt approbationem Eugenii II. in concilio Remensi, sed nec Remense Concilium, neque aliquid aliud inuenio sub hoc Pontifice celebratum. In Remensi Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

autem Concilio celebrato sub Leone III. solam fit mentio regula S. Benedicti in canone 9. Eadem vero approbatio satis supponitur ab Innocentio II. in dicto *perniciosa*. Igitur ex eo saltem tempore, ex quo coepit regula Augustini habere hanc approbationem, coepit ordo ab ipso institutus esse approbatus, eo modo quo ordo S. Benedicti suo tempore approbatus fuit.

XXXIV. Nihilominus addendum est, hunc ordinem eremitarum habuisse nouam, & solemnem approbationem ab Alexandro IV. quia reuera illa indiguit, quamvis enim non fuerit religio de novo instituta, talem formam, & mutationem accepit, ut sine speciali approbatione Pontificis firmitatem habere non potuerit. Primum enim omnia monasteria, quae antea erant diuisa, in unum corpus redacta sunt, sub uno Generali Praelato, quem antea etiam non habebant. Secundò, quoad multa nouum vivendi modum accepit haec religio, quæ in superioribus tacta sunt, sicut ex rebus præcipuis ad religiosum statum pertinentibus præter substantia lia vota, & regulam. Tertiò hinc factum est, ut haec religio ab eo tempore inter mendicantes numerari coepit, nam antea, & imperfectam unitatem religionis habebat, & monachalis potius, seu eremitica reputabatur, quia sibi soli, & non proximis incumbebat, & quia ex propriis redditibus, & his deficitibus, ex labore manuum, non emendato viuebat, & quod caput est, à nullo Pontifice inter mendicantes recepta fuerat. Quartò ex tunc coepit esse exēpta, & sub speciali sedis Apostolica protectione recepta. *** Haec sunt quæ de hac sacra eremitarum S. Augustini religione in Authographo manuscripto inuenire potuimus.

CAPUT X.

Virum sacer ordo Carmelitarum unus ex mendicibus si; quamque originem, & institutionem habuerit?

Carmelitarum religio, quæ antiquorem creditur habere institutionem, eo minus certam, & *Vera traditio successio* nis ex Elia exploratam habet originem, ac perpetuam successionem; est autem valde recepta, & fatis antiqua traditio, religionem hanc à temporibus prophetarum, & signatim ab Elia institutione suam dicere originem, & quasi hæreditariam successionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam traditionem, vt veram suscipimus; præcipue quia septem summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in bullis huic ordini concessis, de professoribus huic sacri instituti ita loquuntur: *tangua religiosum speculum, & exemplar charitate fulgente, sanctorumque prophetarum Eliae & Elisei, & alterorum Patronum, qui montem sanctum Carmeli, iuxta Elatouem habitarunt, successionem hæreditariam tenentes, &c.* Vnde Sixtus V. huic religioni concessit, vt Eliam & Eliseum, tanquam suæ institutionis patronos coleret, dies festos in eorum honorem celebrando, propriaque officia in eorum memoriam recitando: quod ipsa religio studiose seruat, & in ipso officio nomen & solennitatem Patroni Eliae tribuant. Quale autem sit, & in quo fundetur hoc (vt ita dicam) ius patronatus, que sit etiam haec origo & successio, licet à multis multa dicantur, non facile explicatur; breuiter autem dicam, quid mihi certum, quid probabilius, quid verosimile, quid obscurum, & ambiguum, vel etiam minus verum videatur.

Primum ergo certum est, Eliam vitam eremiticam coluisse, vbi cum magna corporis austerritate, diu-
turnam animi contemplationem coniunxit, quam-
Eliam &
Gg 2 uis

*Contempla-
viam, & a-
Eliam ergo
proximos
ex eius.*

uis interdum diuinio iussu & propter Dei honorem, & proximorum salutem, ad prædicandum, & docendum descenderet. Totum hoc colligitur ex Scriptura à capite 17. libri 3. Regum usque ad c. 2. libri 4. Cum enim ante hæc loca nulla facta fuisset mentio Eliæ, nec superioris vita eius, neque ortus, aut parentum illius, quasi ex abrupto introducitur Elias magna libertate prophetizans coram Achab, & statim subiungitur vocatio Dei illum vocantis ad solitariam, & eremiticam vitam. Recede hinc, & vade contra orientem, & abscondere in torrente Carib, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bipes, corrisque præcepit pascant te. Quem locum luculenter ad hoc propositum expedit Ioannes Hierosol. lib. de institutione primorum monachorum à c. 3. usque ad 9. tom. 9. biblioth. Patrum.

III.
*Obiectio
contra pro-
muntalium.*

Confirm.

IV.

*Sustinetur
zamen, & ro-
boratur am-
plius prou-
ratum quo
ad vitam
contemp-
tum.*

Nihilominus Patres sæpe indicant Eliam vitam eremiticam fuisse professum: ad hoc enim alludens Hieronymus epist. 13. ad Paulinum dixit, *Nostrus prin-
ceps Elias, noster Elieus, &c. Significat autem id colligi*

*Scripturis cum præmitit, & vt ad Scripturarum
authoritatem redam, &c. vbi Marian. Victor. Elias (in-
quie) & Elieum deserta ac montes solitarios incolissi res
est notissima. In eodem sensu dixit de Basilio Nazian-
zenus in quadam orat. Solitudinem cum Elias, & Ioan-
ne, qui admodum philosophi fuerunt, mirabile debetur. Et
ipse Basilius orat. in Gordium Martyrem, de Elia inquit, *cum Sidoniorum consipereret impotestem quidie
inuaderet, in monte Oreb speluncam fecisset, ac si ab
omni humana conuersatione ut Deum quare, ac viuere,
abdicavit, vidit tandem quantum fæsi est homini mortali. I-
dem habet Isidor. lib. 2. de offic. c. 15. vbi eadem ferè
Hieronymi verba usurpat. Significat etiam Cassianus lib. 1. de institut. renunc. c. 2. vbi aperte ponit
Eliam ut exemplar monachorum; nam ad exemplum
eius dicit solitos esse cingi zona pellicea: quod etiā
habent Basilius, & Ioannes Hierosolymitanus, & v-**

supræ retulit.

V.
*Verisimile
est Elias
solitarius
vitam egisse.*

An vero coperit Elias sequi hoc vitæ institutum

antequam primò mitteretur ad Achab, vel iubere

tur abscondi in torrente Carib, certò affirmare non

possimus. Non est autem improbable antea in-

cepisse. Nam Iacobus in sua canonica cap. ultimo

indicit ante illud tempus fuisse singulariter iulium

dicens, *Elias homo eras similis nobis peccabilis, & oratus vi non plueret super terram, & non pluit annos tria & quatuor mensis sex. Vnde constat (quamvis in libris Regum non refertur) sicutitem illam, quam Elias prædi-
xit, oratione ipsius fuisse antea à Deo imperata. Erat ergo antea vir iustus & potens apud Deum, & zelo diuino iam vehementer vrgebat, non enim ex inordinata aliqua affectione afflictiones illas suo populo postulabat, sed vt percutitus à Deo, suum errorem agnosceret ergo verisimile est iam fuisse à Deo vocatum ad altius genus vitæ; in quo tantam sanctitatem consequitus erat, ita vt sicut Iohannes Baptista in cremo fuit à Deo electus ad eum sanctitatis gradum, in quo posset liberè veritatem predicare, & regibus resistere, eosque reprehendere, ita etiam Elias, quamvis non tam citò sicut Iohannes, conuenienti tamen tempore, fuerit ad nouum, ac mirabile vivendi genus electus, vt coram Rege, & populo magna cum autoritate, & libertate posset pro diuino honore pugnare. Simili argumento Hieron. lib. 11. contra Iulianum, illum, quia Eliam in catalogo coniugatorum posuerat, impugnat. Quis si Iohannes Baptista (inquit) venit in spiritu, & vnde Elias, & Iohannes v. rgo. est; vtique non solum in spiritu immo. sed etiam in corpore castissime. Ambrosius etiam in epistola 25. ad Vercellenses in hoc comparat Eliam, & Iohannem, quod vterque in deserto constantiam prius exercuit, vt fortior prodiret ad increpandum Regem, & mundum. Et lib. 1. de Virginib. in principio Eliam dicit nullus corpore coitus permixtum capiatur in iuueni. Et ideo inter virgines communiter numeratur, quia cum iustus semper fuerit, extra matrimonium pollutus non est; & licet Scriptura politue non declarat eum vxorem non duxisse, tamet quia nec vxoris, nec filiorum eius mentionem facit, colligunt Sancti nuncquam matrimonium contraxisse; quod etiam eius muneri & prædicationi magis accommodatum fuit; inde etiam fit conjectura, vitam à confortio hominum separatam à principio elegisse saltē tempore maturæ etatis, in quo posset statim viuendi eligere, quia illo tempore valde insuetum erat homines, praesertim laicos, ut rat Elias, si communem, & cum ceteris vitam ageret, à matrimonio abstineret.*

Verum quidquid sit de illo anteriori tempore, Vl. certè ex quo ad prophetazadum vocatus est, & millesimus, planè videtur à Deo separatus ab urbium habitacione, & ad vitam solitariam agendum tradidit. Etiam nam ex discursu vitæ eius à prædicta Dei vocatione, usque ad translationem eius, constat semper in desertis habitatione, solumque transitorie ad negotium aliquod iussu Dei peragendum, ad communes hominum habitationes rediisse; quod ex discursu sequenti clarius patet, neque huic obstat quod inclusus fuerit ad torreem Carib, se occultandi gratia, utrumque enim simul confisteret potest, non enim Deus similibus vii occasionibus, vt sios electos vocet ad perfectioris vitæ: imò hoc exemplo monstratum, & præfiguratum fortasse est, quod Deus in lege gratiae fecit cum Paulo eremita, & alii sanctis, vt occasione persecutionum, eos duceret ad vitam solitariam, & perfectissimam agendum; vnde haeretici calumniant hoc vita genus, casu & necessitate quadam inchoarat esse; non aduentores diei uniuersi prouidenti sapientiam, cui nihil casu accidit, eadem in malitia hominum, exordia sumere perficiendi opera sua; hoc indicare voluit Deus etiam Elias, & ideo licet proxima intentione, & ad literam, vt sic dicam, missus fuerit ad se oculandum hominibus; ex altiori quoque prouidentia missus est, vt separatus ab hominibus iugiter, & perfide Deo vacaret, & mirabilem viuendi rationem inter homines inchoaret; quod autem satis fuerit illa vo-

ratio, dicti Patres sentium, & indicat Ambrosius dicta epistola ad Vercellenses prope initium dicens. *Elias quem Dominus ad virtutis eruditus est perfectionem: atque etiam effectus monstrauit, nec enim postea vnam legimus Eliam in civitatibus commoratum; Quod namque ad tempus missus fuerit ad Sa- receptam Sidonie, vt ibi in secreto pasceretur a vita, non impedit quominus ibi vitam solitariam, in suo cenaculo, & purè contemplatiua diceret. Cum autem ibi potius, quam in alio deserto ibi es- set aqua, seruatius a Deo fuerit; vel sicut cibum per eorum accipiebat, non etiam aquam accepit, in diuina sapientia thesauro absconditum est, forte voluit Deus ea occasione, illi vidua magna beneficia conferre, vt effectus ostendat, & significavit Christus Dominus Lucas 4. forte etiam il- lud factum mysticam habuit significationem, qua egregie prosequitur Ambros. in comment. ad caput 6. Apocalyp. versus finem; Postea vero quam manifestauit Achab, in montem Carmelum a- scendit, vbi prophetas Baal interfecit, indeque in desertum abiit, & inde ad montem Dei Oreb, ex quo iussi Dei descendit ad vngendos reges, & E- lisaeum; Atque ita ferè semper in deserto inuenitur, nisi cum diuino iussu, seu inspiratione alio mittitur.*

VII. Ex his ergo, pro materia capacitate, satis patet tota assertio; quæ vero addidimus de austeritate vita, & iugi contemplatione, sumuntur ex 3. & 4. Re- gnum libris; & ex comparatione inter Eliam & Ioan- nem Baptizatam apud Sanctos Patres frequentissi- ma, & fundata in illo Marci 4. lo. annes spē est Elias. Et Lucas 1. Praedicta spiritus & virtute Eliae.

VIII. Dico secundo, probabile est Eliam permanētem suam habitationem vita eremita, pricipue ha- buisse in monte Carmelo. Notauit hoc Abulens. 3. Reg. 21. quando Elias iussus est descendere vt occur- reret Achab, eumque de grauissimo peccato repre- renderet, eidemque, & vxori, debitam mortis po- nam prediceret, expendit ergo Abulensis verbum descendit dicens, Ex eo tempore, quo Deus fecit mira ultim, misericordiam super sacrificium suum in monte illo, habu- deo nō Elias, manend in illo, & semper manet, vsque ad tempore quo rapta est in curu gno. Vnde lib. 4. Re- gnum cap. 1. circa illa verba, Surge, & ascende in occur- sum numeris Regis Samariae, notat idem Abulens. di- ci, scende non quia Elias maneret in aliquo loco in fimo, ma- nebat enim in monte Carmelo, sed quia ipsi descendens erat de monte, & postea a seipso usque viam per quam veniebant russi Ochoz. In his autem verbis Abulensis vnum videtur ratè supponi; & aliud aperte assertur, in- dicatur enim Eliam ante illud infigne factum non habitasse in monte Carmelo, sed tunc concepisse devotionem & propositum manendi ibi; quæ pars negativa ex Scriptura probari non potest, nec mihi de illa constat, nam si verum est Elias, priusquam prophetare inciperet, vitam egisse solitariam, for- tale in monte Carmelo habitabat, nam idea for- tale illuc ascendit, ad conuincendos, & puniendo prophetas Baal: quod etiam eius verba indicant ad Achab. M. tte. & congrega ad me vniuersum Israelin mon- tum Carmel. 3. Reg. 18. quia si eret, ibi nām erit, sicut so- lo, prius enim, quia se occultabat, aliis in locis ver- sabatur, iuxta diuinam reuelationem. Sed, vt dixi, hoc totum incertum est, quantum ad illud tempus spektat.

IX. Secunda erga pars, de reliquo tempore vita Eliae, postquam occidit prophetas Baal, maius aliquod fundamentum habet in Scriptura, vt statim n. seq- deducam. Et que multum recepta opinio, & locu- tionibus Patrum conformis: ad illam enim alludēt Basilis in epist. ad Chilonem discipulum dixit: Hic mons celeb r Carmelus, in quo Eliae demoratus perplacuit Dio Sicerianus ait Nazianz. orat. 16. de pauperum a- Franc. Suar. de statu relig. Tom. I V.

more initio, pulchra res solitudo, & quietis, idquem docet *Elias Carmelus.* Vbi Nicetas exponit, id est, Elias in C- mello degens quemadmodum 3. Regum liber narrat. Eandē late prosequuntur Ioan. Hierosolym. dicto libro de institu. monach. à cap. 17. ad 21. vbi ait post sedatam persequitionem contra Eliam mortua Iezabel, fi- xisse Elias domicilium suum in monte Carmelo; tu- rum quia erat aptissimus ad vitam monasticam; tu- etiam proper insignia miracula, quæ Deus ibi o- stendit. Additique fecisse ibi oratorium, & per sex- decim annos ibi mansisse usque ad suam transla- tionem.

*Vida No-
tian. orat.
in Maxim.
& Guillel-
mum Tyriū
in continua-
tione velli
facilius.*

Et quidem hoc posterius de mansione Eliæ usque c. 5. ad suam translationem, insinuatur in martyrolo- gio Romano, dum 20. die Iulij dicitur in m. nte Car- melo, sancti Eliae Propheta. Quod si obicias, quod Elias non ex monte illo, sed ex ripa Jordanis raptus est, responderi potest, non quidem permanisse in illo monte usque ad articulum translationis sua, sed ibi habuisse domicilium usque ad illum diem, quo Dei monitus inde discessit leuandus in celum. Sed adhuc obsta quod 4. Reg. 2. dicitur, Cum leuare vellet Domini Elias per turbinem in celum, ibans Elias & Eli- seus de Galgalâ, & non dicitur de monte Carmelo. Oc- currunt vero dicendo, non ita habuisse Eliam fixam habitationem in illo monte, quin interdum ad alia loca diuerteret, cum diuinum obsequium, vel ratio sui munera id postularet. Ita ergo tunc per occasionem aliquam descendebat in Galgalâ, tunc iam præmonitus à Deo de suo transtitu, sive (quod magis Scriptura significat) quia occasione alia illuc iuerat, de qua non nihil infra dicemus, & ibi postea accepit oraculum de sua translatione: & ideo ab illo termino discessus eius incipit narrari citato loco. Conuincit autem hæc obiectio, non satis probari ex diuina Scriptura domicilium hoc & habitationem Eliæ in monte Carmelo usque ad transi- tum suum, quamus verum si Scripturam non re- pugnare huic historie, quæ magis videtur in tradi- tione fundata, licet ex uno quadam Scriptura lo- co probabiliter colligatur, ut statim dicam numer. sequenti.

X. Alterum vero quod de oratorio aedificato ab Eliæ dicitur a Joanne Hierosolymito, coniectura fortasse, vel traditione assertum est, nam apud alios autores, nihil de ea re intentio satis expressum. Re- ferunt autem communiter historiographi & cos- mographi, usque in illo monte speluncam, & forsan Eliæ, vt ex Brochardo, & aliis, refert author theatri terræ sanctæ, in tribu Isachar, unde etiam est verisimile, usque ibi aliquem locum cultui Dei dicatum. Aut thrae. tristerre s. Præterea Cedrenus in compendio historie in Basilio refert, templum Eliæ per Basiliū Imperatorē fuisse restitutum, vt meminit Baron. in scholiis ad martyrologium Romanum 20. die Iulij, vbi etiam ait extare epigramma D. Gregorij Nazian. de æde Eliæ Dominum nuncupata; quæ possunt intelligi de templo Eliæ, id est, aedificato ab Eliæ, & sic con- firmant dictam sententiam. Vel de templo Eliæ, id est, aedificato Deo in honorem Eliæ: & in hoc sensu no- ita directe faciunt ad rem praesentem, sed alludunt ad ædem sacram, quam dicitur Helena mater Con- stantini aedificasse in monte Eliæ Thesbitæ, vt signi- ficat Niceph. lib. 8. c. 3. vbi licet non expresse ponat montem Carmelum, videtur tamen de illo loqui cum ait, in acclivitate montis aedificasse Helenam pulcherrimam ædem Eliæ Prophæta. Non autem etiam est magnum indicium, montem illum usque sum aliquem diuino cultui singulariter dicatum.

XI. Vnum denique inuenio Scripturæ locū, qui pri- man habeat sententiam mihi valde probabilem fa- cit, nam lib. 4. Regum capit. 4. mulier illa Sumamitis, quæ per Elisei intercessionem, filium à Deo prius in Carmelo.

Cofir pars
eadem ve ha-
bitati, ne or-
disaria Eliæ
in Carmelo.

Gg 3 obtine-

obtinuerat, & postea ex gravi morbo mortuum habebat, dixit ad virum suum. *Mitte quod mecum vnum de pectus & exintram usque ad virum Dus in montem Carmeli, ubi significatur montem illum fuisse locum proprium ubi Eliseus domicilium habebat; constat autem ex narratione Scripturae 4. Reg. 2. & 3. & ex omnibus expositoribus ac Partibus, Eliseum successisse Eliam, sicut in spiritu, ita & in munere, & in habitatione, seu sede propria, quam ad Deum melius colendum sibi elegerat. Hoc autem magis declarant verba interrogacionis viri, ad vxorem suam. *Quam ob causam ratus ad eum habet, non tam k. l. nda, neque sabbata.* Nam in his verbis duo insinuantur; unum est, habuisse illam festinam consuetudinem adeundi illis diebus in montem Carmeli, ad conuenientiam Prophetam illic habitantem. Aliud est, solitam esse illuc ire causa religionis, ad verbum Dei cum aliis audiendum a Prophetâ, vel orandum, & canendum diuinâ laudes, sicut mos erat Iudeis, eundi ad synagogas, & orationis loca, in diebus sabbatorum, & kalendarum, & festiuius alii, ut indicauit ibi Lyranus, & latius Abulensis questione 30. Erat igitur mons illi habitatio istorum Prophetarum, & in eo habebant locum aliquem operibus religionis & diuinî cultus destinatum.*

XIII.
Eliseus successor Eliam.

Vnde obiter constat, quod de Elia diximus, cum proportione habere locum de Eliseo, hac tantum differentia conferuata, quod Elias fuit preceptor, Eliseus discipulus ille pater, hic filius, sicut ipse clamabat *Pater mihi, Pater mihi*; ille quasi author, & institutor illius virtutis generis, hic sectator, & haeres. In reliquo vero fuit conuenientia: nam ex quo Eliseus,

iussu Dei vocatus est ab Elia, & illum sequi corpori per perpetuâ ministravit; Regum 19. v. 19, que ad 4. Regum 3. Post raptum vero Eliae, cunctum Carmelum incoluit, ut ex citato loco colligitur, & communiter authores docent, atque Eliae in spiritu & ministerio successit. Vnde 4. Reg. 3. in huius rei figurâ, iij. Prophetarum venerunt in occursum eius, quem adorauerunt, & tanquam caput & principalem Prophetam, Eliamque successorem agnoverunt.

Obici autem potest, quia Eliseus vix semel au-
ter regum legitur in monte Carmelo, aut in alio de-
ferto loco resedisse; si pius vero in canticis, & in
ter reges versatius fuisse, & praecipue in Samaria, quia curia regni erat. Vnde 4. Regum 5. dixit puer
Hebreus, quia erat captiuus in Syria, *Vnam fuisse Deum minus nemus ad Prophetam qui est in Samaria.* & postea Naaman veniens in Samariam, ibi conuenit Eliseus, & ea contigerunt quia illo loco Regum narrat Scriptura, & ex c. 6. & 7. constat illuc permanenter habita-
tasse Eliseum, ac tandem in capite 13. ibidem occu-
puisse. Respondeo rationem viuendi Eliae & Elisei, non ita fuisse solitariam & contemplationibus ab-
stractam, ut non etiam ad conuerendum cum po-
pulo, in eius beneficium, per quædam, ritu dicam,
interualla, defenderent; namque & eorum pro-
phetiarum, quod habebant, in eum maximè sine milles
à Deo communicabatur. ****

Hec tantum de sacro Carmelitarum ordine in manu scriptis authoris Soarij inuenire posuimus, quem nisi mors bonis omnibus inuidens præoccupasset, tam de hoc ipso ordine, quam de reliquo plura scripturam fuisse non dubitamus.



INDEX